Altri Antichi Autori hanno ancora nelle loro Istorie messi alcuni trattati di diuersi Tempij, come hà fatto Erodoto, Pausania, Diodoro, Vitruuio, Giuseppe Historico, e diuersi altri antichi, e moderni, che per essere infiniti si tralasciano di nominarli; Li quali, benche tutti non habbiano trattato ex professo de detti Tempij, con tutto ciò hanno dato lume, e notizia tale da poter considerare le qualità, e parti de' medesimi; Onde hanno guadagnato eterne lodi, per essere i Tempij da loro descritti, tenuti da quelli Popoli per merauiglie del Mondo. Vantando dunque il Tempio di S. Pietro i suoi pregi maggiori di gran lunga d'ogn'altro, si rende frà tutti il più magnifico, il più mirabile, ed il più Santo; e supera tutti, non tanto nella Grandezza, quanto nelle Pitture, e Sculture, che vi s'ammirano, e per ogn'altro adornamento, che l'arrichisce, e lo nobilita; E benche asserisca Erodoto, che il maggior Tempio del Mondo sia quello di Samo, anteponendolo Egli all'istesse Merauiglie del Mondo; Altri reputarono più stimabile, e riguardeuole quello di Gierusalemme, non solo per la venerazione, ma per la qualità di Colonne, e Marmi, che l'adornauano, e per la rarità de' Legni di Cedro del Monte Libano, ornati splendidamente d'oro, e d'argento. Restarono nondimeno di gran lunga superati dal nostro Tempio Vaticano, non tanto nelle materie delle quali è composto, quanto anche, perche viene il Medesimo reso più raro, e più singolare dalle Reliquie di tanti Martiri, e da corpi de' Santi Pontefici, che iui stanno sepolti; i quali fino alla morte constantemente sostennero la Fede Cattolica. Procurò Filone Ebreo, che s'ingrandissero li muri della Casa d'Abramo, solo perche fù ricetto degli Angioli, da' quali riceuerono la Maestà. Mossi più saggiamente, e con stupor maggiore seppero li Sommi Pontefici ingrandire il detto Tempio; essendo nel sito di Esso stato sparso il Sangue di tanti Martiri per la Confessione della vera Fede di Christo; Se la Città di Delo per quel suo famoso Tempio fù molto celebre al Mondo, maggiore però fù la gloria, che riceuè la Città di Roma dalla gran Fama del suo supremo Tempio Vaticano; nel quale si trouano di più, che negli altri compitamente quelle tre essentialissime Parti, tante commendate in tal'Edifizio da Leon Battista; cioè la debita commodità di quelli Sagri Ministri, che la custodiscono; acciò possino senza pregiudizio della Salute loro esercitare opportunamente le loro Cariche; Vi s'incontra la buona, e ferma consolidazione dell'ossature de' Muri, perche siano eternamente durabili; Al che è stato particolarmente ben prouisto in quella parte del medesimo Tempio, che riguarda il primo Tomo. Di più trouasi in esso quella vaghezza, e grazioso contorno, che deuono hauere si di dentro, come di fuori le Parti degli ornati, che compongono li predetti Edifizij, affinche dalla bella distribuzione

Leone Battista c.2.

Piræei portu. Hermogenes de æde Dianæ Ionicæ, quæ est Magnesiæ &c. Item Argelius de symmetrijs Corinthijs, & Ionico Trallibus Aesculapio, quod etiam ipse sua manu dicitur, fecisse &c.

Nonnulli etiam antiqui Auctores varios de Templis obitus inseruerunt tractatus, nimirum Herodotus, Pausanias, Diodorus, Vitruuius, Iosephus Historicus, alijsque cuiuslibet ætatis, ne tædium faceßat multitudo, prætermittendi; qui licet de Fanis haud consultò multa in lucem ediderint, illorum tamen partes elucescunt, dignitasque vndè pro ædibus perbellè delineatis, atque à cunctis, tanquam mirabilibus reputatis, æternam sibi gloriam compararunt. Quamobrem Diui Petri Basilica præ cæteris omnibus magnifica, mirabilis, Sancta, amplitudine, graphicisque delineamentis, necnon elegantibus præeminet cælaturis. Quamuis autem Herodotus Samium Fanum reliquis Vniuersi Orbis anteponat, Hierosolymitanum Fanum, non pro cultu solum, sed pro columnis, ac marmoribus, cedrinisque Libani lignis, auro, argentoque micantibus illis, secundum alios antecessit. Vaticana tamen Basilica, non ob pretiosam tantum materiem, sed multò magis ob tot Martyrum Reliquias, & iacentium ibidem Pontificum celebratur monumentis, quibus constanter orthodoxa Fides innixa perseuerauit. Ædis Abraham parietes ideò longiùs productos asserit Philo Iudæus, scilicet Angelis in ea hospitio exceptis, vndè tota illi affulsit maiestas. Verùm Sacram Basilicam sapientiùs amplificauere Summi Pontifices, quia ibi tot Martyres pro vera Christi fide stabilienda generosè Sanguinem profuderunt. Si Delus tantam è Fano adepta est famam, maiorem haud dubia nacta fuit Ædes Vaticana, tribus præcipuis ędificij partibus à Leone Baptista memoratis, insignita, Sacris videlicet Ministris eam custodientibus, vt sine salutis discrimine suo quisque perfungatur, officioque; His accedit firma, solidaque murorum constructio, ne vnquam sequatur eorum labefactatio, quibus imprimis, in ea Ædis parte, ad Tomum primum spectante, abundè consultum; Singulari quoque eius elegantiâ iucundaque partium, eam intùs, extùsque conflantium symmetria

Leo Baptista cap.2.

tria oculus mirificè delectatur. Vt istius admirandæ substructionis extollam dignitatem, dicam veluti Reginam cæteris prælucere; cum magnifica eius, augustaque structura, tantam concitit vniuersis admirationem, vt ab altero Beselele conspicuo nobilis Iudæ Tribus architecto, à Deo, ad Tabernaculum perficiendum, accersito, vt in Exodo, satius conflata videatur, quam ab ea illustrium Virorum serie, ortorum ad rectam eius Templi dispositionem; Quamobrem Petrus Bembus Sanctam præ singulis omnibus exclamat, stupendamque Baronius Templum Supremum, augustissimum Romæ ornamentum, Orbisque prodigiorum congeriem nominauit: adeò vt de illa iure dixerim quod Martialis in Epigramm: de Flauij Amphiteatro; *Vnum pro cunctis Fama loquatur Opus*; quod etiam Lucanus in ędibus Gręciæ prędicandis; *Nullum sine nomine Saxum*. Sors Nobis tandem obtigit impari licet tanto labori suscipiendo, mirandę istius molis amplitudinem, ac magnificentiam omnium oculis exhibere. Non glorię quidem appetentia, sed sapientes Fabricę Pręsides, primarium velut Architectum, quamuis reluctantem, ad illud opus pertexendum, Nos continuò extimularunt. Licet autem alij de pristino eius statu, alij de eiusdem incremento, & aliquot partibus scripta ediderint, officium tamen Nostrum, summumque tantæ Molis decus videtur efflagitare, vt à primo quidem exordio, omnem illius progressum diligenter demonstremus, productis compluribus geometricis delineationibus, vt distinctiones illius Templi partes, & materiæ illud constituentes clariùs enitescant.

Exod. c.3.

zione delle medesime riceua l'occhio vna vaga, e diletteuole vista.

Diremo finalmente, per dimostrare la grandezza di questa sourana Machina, quanto le conuenga il titolo di Regina di tutte l'altre Fabriche; mentre con il suo magnifico, & augustissimo composto reca à tutto il Mondo stupore tale, che sembra più tosto edificato da vn'altro Beselele Architetto della nobile Tribù di Giuda, che fù chiamato da Dio per fabricare il Tabernacolo, come si hà nell'Esodo, che da quella Serie d'huomini così grandi nati à questo effetto per l'ordinazione, e disegno di detto Tempio. Di quì è, che Pietro Bembo acclamolla per la più Santa, e di maggior stupore frà tutte le più Sublime; Il Baronio lo nomina Tempio Sourano, Augustissimo ornamento di Roma, & vnico miracolo del Mondo; Onde con gran ragione possiamo non solo dire di questo Tempio ciò, che scrisse Marziale in quella sua Epigramma dell'Anfiteatro Flauio: *Vnum pro cunctis Fama loquatur Opus*; e parimente ciò, che disse Lucano, celebrando la grandezza degli Edifizij di Grecia, *Nullum sine nomine Saxum*; benche in altro proposito. E' conuenuto à Noi, benche inabili à tale Impresa, à far noto al Mondo l'impareggiabile grandezza, e qualità di questa gran Machina, la quale per desiderio, e per debito ci apparecchiamo, come Architetto Deputato della Medesima, nel miglior modo possibile à descriuere in questo nostro Libro. E benche molti habbiano trattato dello Stato antico della Medesima, alcuni dell'Ingrandimento, & altri di alcune parti di Essa: Parendoci tuttauia necessario il descriuere, e narrare ogni particolarità di vn così degno Edificio dal principio del suo Insorgimento, fino allo Stato nel quale hoggi si vede, habbiamo intrapreso à trattarne esattamente con diuerse Piante, e Profili, & altri studi Geometrici, per far comprendere distintamente le parti più essentiali di questo Gran Tempio, e le qualità delle materie, che lo compongono.

Nell' Esodo cap.3.

CAPVT III.

Causæ indicantur, quæ Authorem commouere, vt singula Geometricè, nec verò Perspectiuè delinearit.

SI ad Perspectiuæ leges variç Basilicç partes delineatæ essent, non Areæ solùm, aut superficies, sed nec & solidorum corporum inuestigari potuissent dimensiones. Enimuerò aliud ex Perspectiua lucramur, lineis nempè ad destinatum Tabellæ locum, tanquam radijs ab oculo eductis, mirabili quidem Artis allucinatione, consimiles rerum exhibet imagines. Verùm in eum semper collineauimus scopum, vt vera singulorum partium latitudo pateret, ac prolixitas, atque quod non ex Perspectiuis, id saltem Geometricis delineationibus indagaretur. Nec ad nimium laborem subterfugiendum perfecimus, seù ob Nostram scientiæ huius imperitiem; quâ etiam exercendo recreabar adolescens. Theatrorum enim Romanorum Molès quàm plurimæ Scenographicè, & ad æquas Perspectiuæ normas à Nobis exaratæ passim occurrunt. Nostrum igitur hoc in operefuit institutum, vt omninò haberetur mensurarum ratio, quarum doctrinam sola potest Geometria suppeditare: etenim ex veluti totius Matheseos pars nobilissima, aduocatis in subsidium Arithmeticç computis, quamlibet nouit quantitatem dimetiri. Quapropter eam tanti veteres fecere Philosophi, vt Philosophiç studijs sternendam priùs à Geometria viam existimarent. Hçc propterea atrio vocabula sculpenda curauit Plato, *Nemo Geometriæ ignarus ingrediatur*. Eam Scientiã primùm coluere Ægyptij necessitate adducti: confusis enim agrorum finibus, propter frequentissimas Nili alluuiones, Geometriç ope sua cuique confinia restituebant. Ob summum huius Scientiæ in Vniuersos emolumentum, Plato philosophantium animorum vocat solatium, vtpotè solam veritatis indagatricem Quintilianus nullam autumauit absque Geometria certam rerum Scientiam, ac demonstrationem obtineri, humanoque intellectu ab ea mirificè illustrato, Diuinam idem appellauit.

CA-

CAPITOLO III.

Cause per le quali fù indotto l'Autore à fare i Disegni Geometrici.

SE si fossero delineate le parti del Tempio con le regole della Prospettiua, non si sarebbero potute ritrouare le precise misure, tanto per le cose superfiziali, quanto per le corporee. Perche dalla Prospettiua s'ottiene vn'effetto diuerso; che si ritrae per mezzo di linee artifiziali, in vn determinato loco, corrispondenti alli Raggi della Visione. Recherà bensì à gli occhi imagini, e specie tali, che esercitata negli Edifizij fà apparire, come, che fossero di rilieuo, per l'artifizioso inganno di questa nobilissima Parte. Però Noi habbiamo hauuto il particolar fine di far vedere le giuste dilatazioni, & altezze con Piante, e Profili Geometrici, per ottenere, e ricercare quello, che non si può riceuere dalla Prospettiua. Benche Noi haueressimo sempre con somma sodisfazione goduto di questa per hauerui fatto nel corso della nostra Giouentù singolar studio: come habbiamo dimostrato in molte Opere Teatrali, da Noi fatte nella Città di Roma. Ma non è stato da Noi osseruato per hauer hauuto sempre riguardo alla precisa misura; si che per ottener questa Fisica cognizione delle generali misure non in altra maniera si possono hauere, che dalle parti prodotte dalla Geometria, come vna parte più essentiale delle Matematiche. Perche questa Scienza hà in considerazione le grandezze, e figure continue, per mezzo dell'Aritmetica, e ne rileua l'infallibile quantità. Essendo dunque la Geometria dottrina certa, e di tanta stima, che Platone sopra le porte dell'Accademie, e luoghi, oue s'insegnauano le Scienze Filosofiche, pose queste parole: ***Nullus ignarus Geometriæ ingrediatur***. E' questa vna delle nobilissime parti della Matematica, e venne primieramente vsitata dagli Egizij, per ritrouare li confusi confini nelli Terreni, doue seguiuono le frequenti inondazioni del Nilo; e per mezzo di questa si riconosceuano le giuste diuisioni, secondo lo stato primiero. Sono così infallibili le sue operazioni, che con giusta ragione la chiamò Platone sollieuo degli Animi Filosofanti, per le cognizioni del vero. Quintiliano la stima così necessaria à tutte le Professioni, acciò gli huomini possino con tale cognizione assottigliar l'Intelletto ad operare, e scoprire le verità delle cose in seruizio del Genere humano, che si può chiamare Parte Diuina.

CAPI-

CAPVT IV.

De varijs ad eruditum Architectum spectantibus Mensuris.

Equentes mensuras Græcas, & Latinas, Veteres, ac Recentesque pro maiori omnium commodo, ex varijs Auctoribus permutuamur; Scilicet ex Herodoto lib.1.fol.94; & lib.2. fol.185; ex Euterpe, & Iulio Polluce lib. 5.cap.2. ex Liuio decade 1. lib.3. Ex Lucij Quinti Cincinnati iugeribus; è Plutarcho, in Furij Camilli vita, etiam de iugero; ex eodemque in Caij Graci vita, de Stadiorum mensuris; è Vitruuio, lib.3.c.1; & lib.5.cap.6. de Pedis antiqui mensura; è Plinio lib.7.cap.2;lib.34.cap.6;lib.36.c.25; quædam ad pedem spectantia memorante; Vvlpianus Iurisconsultus pedem in vncias, siue asses; Seuerinus Boetius in minutiores quidem partes, Scribulæ vocat, aliaque, diuiserunt; Varro *de rebus rusticis*, in suo de Areis tractatu, dimensiones tradit, pedemque à Martiano etiam descriptum. Columella lib.4.cap.1. mensuras antiqui pedis, seu pedales adhibuit; Lucas Pœtus lib.1. aliàs secutus, pedem in 16. digitos distribuit, vnde aliæ mensuræ, & vocabula sunt exorta. Villalpandus in Hierosolymitano Templo cubitis vtitur, calamisque; Plinius lib.2.cap.23. ait stadium Romanum 125. pedes continere. Vincentius Scamutius lib.1. fol.72. pedis mensuram, aliaque prodit. Sabellicus passum quatuor cubitis distinguit; à Iulio Frontino de Aquæductibus; Serlio, Ambrogio Calepino, Bartholomæo Romano in Protheo militari, & alijsque Recentibus fit pedis in partes duodecim distributio.

Istas Lucas Pœtus Græcas enumerauit dimensiones.

Digitus granis quatuor ordeaceis transuersim æquatur.

Doron quatuor digitos, palmo minori Romano pares, obtinet.

Lycas denos habet digitos.

Orthodoron vndecim digitos assequitur

Spithame duodecim constat digitis.

Pes

CAPITOLO IV.

Delle diuerse Misure appartenenti all' erudito Architetto.

E seguenti, e descritte misure Greche, e Latine, Antiche, Moderne, sono cauate per maggiore commodo di chi se ne diletta, dalli sequenti Autori, cioè da Erodoto lib. 1. fol.94; e lib.2. fol.185; da Euterpe, e da Giulio Polluce lib.5.cap.2; da Liuio decade 1. lib. 3; dalli iugeri di Lucio Quinto Cincinnato: da Plutarco nella vita di Furio Camillo parimente del iugero; e dal detto nella vita di Caio Gracco della misura degli Stadij. Da Vitruuio lib.3. cap.1; e lib.5. cap.6. per la misura del piede antico; da Plinio lib.7.cap.2; lib.34.cap.6; lib.36. cap.25; parlando di alcune cose appartenenti al Piede. Vvlpiano Iurisconsulto chiamò le diuisioni del piede in oncie, ouero assi; e Seuerino Boetio nella sua Geometria le diuide in altre minutie, chiamandole Scriboli, e con altri nomi. Varrone *de rebus rusticis*, nel trattato dell' Are dà le misure col piede, il quale vien pratticato; così anche da Martiano Cappella, e da Columella lib.4. cap.1; che pratticò le misure con il piede antico, e le chiamò anche pedali. Luca Peto lib.1. concorre con gli altri della misura del piede diuiso in sedici dita; dal quale piede nascono le altre misure con vocaboli sussequentemente descritti. Il Villalpando nel trattato del Tempio di Gerusalemme proseguisce le sue misure con cubiti, e calami. Plinio nel lib.2.cap.23. concorre alla misura del piede, cento venticinque de' quali compongono lo Stadio Romano.

Vincenzo Scamozzi lib.1. fol.72. narra della misura del piede, & altro; e Giulio Frontino nel trattato degli Acquedotti vuole, che il piede sia diuiso in dodici parti per le misure quinarie. Altri moderni, come Serlio, Ambrogio Calepino, e Sabellico lib.4. fol.147. diuidono il passo in quattro cubiti. Il Padre Riccioli, Bartolomeo Romano nel suo Militare, ed altri si vniscono alla giusta misura del detto piede Greco, & altre misure Romane antiche, e moderne.

Misure Greche asserite, e raccolte da Luca Peto hanno origine da quattro vaghi di orzo.

Il digito costa per la sua larghezza di quattro vaghi di orzo sudetto per il trauerso.

Doron costa di quattro digiti simili al palmetto Romano.

Lycas costa di dieci digiti.

Ortodoron costa di vndici digiti.

Spitame costa di dodici digiti.

Piede Geometrico costa di sedici digiti.

Pygon costa di venti digiti.

Pygme costa di ventidue digiti.

Cubi-

Cubito costa di ventiquattro digiti.
Il cubito Egizio fù vguale al Samio.
Il cubito Regio fù più grande dodici vaghi di orzo, del commune.
L'vlna contiene tutto quello spazio dal petto fino alla mano stesa.
Gresso costa di piedi due, e mezzo.
Cubito Ebraico Sacro costa di digiti venti.
Orgia costa di quattro cubiti.
Calamo Egizio costa di cubiti sei, e vn quarto.
Calamo ridotto alla misura Romana è palmi dieci, e mezo di Architetto.
Passo Geometrico costa di piedi cinque.
Plethron costa di piedi cento.
Stadio costa di piedi seicento, passi cento venti, cioè cinque di meno dello stadio Romano, per essere il piede Greco auuantaggiato sopra il Romano circa mezza oncia.
Diaulus costa di due stadij.
Hyppicon costa di quattro stadij.
Miglio contiene otto stadij.
Miglio costa di mille passi Geometrici.
Dolico costa di stadij dodici.
Parasanga costa di stadij trenta.
Scheno costa di stadij sessanta.

Pes Geometricus ad 16. digitos producitur.
Pygon ad viginti extenditur digitos.
Pygme ad viginti digitos peruagatur.
Cubitus ad 24. porrigitur digitos.
Cubitus Ægyptius Samium adæquauit.
Cubitus Regius communem granis duodecim ordeaceis excedebat.
Vlna totum à medio pectore, brachij extensi interuallum.
Cubitus Gręcus pedes 2. & med. excipit.
Cubitus Hebraicus sacer viginti digitos sibi vendicat.
Orgya quatuor cubitis definitur.
Calamus Ægyptius ad cubitos sex, & 1. q. promouetur.
Calamus ad Romanam mensuram redactus palmos decem, & med. sibi attribuit.
Passus Geometricus sibi quinos pedes vsurpat.
Plethron ad centenos pedes assurgit.
Stadium pedes 600. passus 120. comprehendit, Romano quinis breuius, Græco pede Romanum media penè vnciâ superante.
Diaulus duorum est stadiorum.
Hippicon quaterna habet stadia.
Milliare ad octo stadia propagatur.
Milliare ad millenos passus geometricos excurrit.
Dolicus ad duodecim stadia expatiatur.
Parasanga triginta capit stadia.
Scheno sexaginta stadia complectitur.

CAPVT V.

Antiquæ, & recentes Romanæ dimensiones.

Digitus granis quatuor ordeaceis transuersim constat.
Palmulus digitis quatuor æqualis.
Pedi Geometrico palmuli quatuor, 16. nempe digiti conceduntur.
Cubitum sex palmuli, seu digiti 24. componunt.
Passus quinos pedes emetitur:
Pertica denis pedibus longa.
Stadium 125. passus, seu ped. 625. peruadit.
Milliare octo stadijs conficitur.
Milliarium passus millenos euagatur.
Veredarij cursus, vulgò *posta Italica*, 7. & med. milliaria perficit.
Leuca Hispanica, atq; Gallica passus 1500. continent.
Leuca Germanica 400. passus complectitur.
Leuca Suecica 4. m. passus adæquat.

Recentes Architectorum mensuræ.

Palmo recenti nouem pedis antiqui tribuuntur vnciæ, atque iam in partes duodenas, seu vncias, vnciæ verò in minuta quinque distribuuntur.
Passus minor peritis Architectonicæ familiaris tripalmaris.
Architectorum canna decempalmaris.
Canna apud Negotiatores octopalmaris.
Staiolus Architecti palm. 5. & 3. q. mutuatur.
Agrimensorum catena staiolos decem, seu palmos 57. & med. impetrat.
Milliarium 116. catenas peruagatur.
Milliare 6670. Architecti palm. admetitur.
Rublum quadr. 112. catenis emensuratur.
Quadratæ Architecti cannæ 3703; hoc est palmi 37030. subeunt rublum.
Rublum 11200. staiolis permeatur.
Semirublum in catenas 56; cannas 1851. & med; staiolos 5600; palmos 185150. vulgò distingunt,
Rubli quadrantem in 28. catenas, 925. & 3. q. cannas, 2800. staiolos, 92525. staiolos subdiuidere solent.
Semiquadrantem catenis 14; cannis 462.

3. q.

CAPITOLO V.

Misure Romane antiche, e moderne.

IL dito costa di quattro vaghi di Orzo al trauerso.
Palmetto costa di quattro dita.
Piede Geometrico costa di quattro palmetti, cioè di sedeci dita.
Cubito costa di sei palmetti, cioè dita ventiquattro.
Passo costa di piedi cinque.
Pertica costa di piedi dieci.
Stadio costa di passi cento venticinque, ò piedi seicento venticinque.
Miglio costa di stadij otto.
Miglio costa di passi mille.
Posta Italiana costa di miglia sette, e mezzo.
Lega Spagnuola, e Francese costa di passi mille, e cinquecento.
Lega Germanica costa di passi quattro milla.
Lega Suezzese costa di passi cinque milla.

Misure moderne d'Architetti.

Palmo moderno vien tenuto esser di longhezza oncie noue del Piede antico; si diuide in parti dodeci, chiamate oncie, & ogni oncia si diuide in cinque parti, chiamate minuti.
Passetto misura d'Architetto costa di palmi trè.
Canna d'Architetto costa di palmi dieci.
Canna Mercantile costa di palmi otto.
Staiolo costa di palmi cinque, e trè quarti di Architetto.
Catena di Agrimensori costa di staioli dieci, cioè palmi cinquanta sette, e mezzo.
Il miglio si dice composto di catene centosedeci.
Il detto miglio è di palmi d'Architetto seimila, e seicento settanta.
Il Rubbio è di catene quadrate cento dodici.
Nel Rubbio entrano canne d'Architetto quadrate trè mila settecento, e trè; cioè palmi trentasette mila, e trenta.
Nel Rubbio entrano staioli vndici mila, e ducento.
Il mezzo Rubbio contiene catene cinquantasei, che fanno canne mille, e ottocento cinquant'vna, e mezza, e staioli cinque mila, e sei cento, e palmi cento ottantacinque mila, e cento cinquanta.
Quarta di Rubbio catene vent'otto, canne nouecento venticinque, e trè quarti; staioli due mila, e otto cento; palmi nouantadue mila, e cinque cento venticinque.
Mezza quarta è di catene quattordeci, ascende à canne quattrocento sessantadue, e tre

B quarti,

quarti, e mezzo; staioli mille quattro cento; palmi quarantasei mila, e ducento ottantasette, e mezzo.

Lo Scorzo è composto di catene sette, che fanno canne ducento trent'vna, e mezzo; staioli settecento; palmi ventitrè mila, e cento quarantatrè, e trè quarti.

Mezzo Scorzo è di catene trè, e mezzo, fanno canne cento quindici, e trè quarti; staioli trecento cinquanta; palmi vndici mila cinque cento, e settant'vno, trè quarti, e mezzo.

Vn Quartuccio è vna catena, e trè quarti, che fanno canne cinquantasette, trè quarti, e mezzo; staioli cento settantacinque; palmi cinque mila, e settecento ottanta sei.

Il mezzo Quartuccio è composto di trè quarti, e mezzo di catena, che fanno canne ventinoue; staioli ottantasette, e mezzo; palmi due mila, e trecento nouantatrè.

Misure delle pezze di Vigne.

Il Rubbio di Terra vignata si diuide in sette pezze; le pezze deuono essere di catene sedeci, che fanno canne cinquecento ventinoue, e sono staioli mille seicento; palmi cinque mila, e ducento nouanta, cioè riquadrati. La pezza và diuisa in rase, & in ordini cento sessanta. Gli ordini formano la pezza, e ventitrè Viti constituiscono gli ordini di palmi cinquantasette, e mezzo di longhezza; e da ordine à ordine palmi cinque, e trè quarti. In quanto alle Rase, ciascheduna si accommoda in conformità del sito; i Viali sono constituiti di palmi sette in otto.

Vno staio di terra vien composto di trè mila, e seicento braccia simili quadre superficiali.

Vna canna è vna misura di 4. braccia simili.

Vna canna quadrata contiene braccia sedeci quadre superficiali.

Vno staio vien composto di canne ducento venticinque quadre superficiali.

Vna Tauola è vna misura di sei braccia superficiali.

Vna tauola quadra contiene braccia 36. simili.

Vno staio vien composto di tauole quadre superficiali cento.

Catene cento dodici fanno vn Rubbio Romano.

Vn Rubbio Romano à misura di canna di palmi dieci per canna, vuole canne 3703.

Canne 529. simili fanno vna pezza di terra; sette pezze simili fanno vn Rubbio Romano.

Iugero, secondo Tito Liuio, Tertulliano, & altri, era longo piedi antichi 240. largo 120; ridotti à palmi moderni di Architetto, palmi 320. largo palm. 160; fà palm. 5120; cioè canne 512; se ben con qualche diuersità, come si dirà appresso; e resta inferiore nella quantità alla pezza di Vigna canne 17. Si che il Iugero era quasi vna pezza di terra Romana moderna.

Liu. Decade 1. lib. 3.

CAPI-

Lib.I. Caput V. Proęm.

3.q. & med; staiolis 1400. palmis 46.m. 287. & med. designant.

Scortium catenis 7; seu cannis 231. & med; staiolis 700; palm. 23143. 3.q. definitur.

Dimidium scortij catenis 3. & med; seu cannis 115. 3.q; staiolis 350; palmis 11571. 3.q. & med. comprehenditur.

Quarta scortij pars catenam & 3.q; cannas 57. 3.q. & med; staiolos 175; palmos 5786. complectitur.

Octaua scortij pars catenæ 3.q. & med; cannis 29; staiolis 87. & med; palm. 2393. gaudet.

Vinearum mensura.

Soli vitibus consiti Rublum in 7. petias, petia in 16. catenas, 529. cannas, 1600. staiolos, 5290. palmos scilicet quadratos; petia verò in rasulas, & ordines 160. subdiuiduntur. Ordines petiam constituunt, ex 23. vitibus ordines palmis 57. & med. longi efformantur; palmisque ab ordine in ordinem 5. 3.q. interiectis excipiat. Quod ad rasulas spectat, situs ratio habeatur, semitæ autem ad 7128. palmos excurrant.

Terræ Iugerum 3600. cubitos quadratos occupat.

Canna est quatricubitalis mensuræ.

Canna quadrata cubitis 16. quadr. constat.

Iugerum 225. cannas in superficie quadratas comprehendit.

Asser mensura quædam 3. cubitorum est.

Asser quadratus 36. cubitis etiam quadratis exurgit.

Iugerum centum asseribus quadratis constituitur.

Rublum Romanum 112. catenæ, cannæ verò 10. palm. 3703. idem componunt.

Cannis 529. telluris petia, petijs septenis Romanum Rublum effinguntur.

Iugerum, teste Liuio, necnon Tertulliano, alijsque, ad pedes antiquos longitudine 240. latitudine 120. extendebatur; qui recentibus Architecti palmis 320. longitudine, latitudine verò 160; palmis in superficie quadratis 5120; siuè cann. 512. æquiualebant; Itaque vineæ petia superatur cannis 17; terræque Iugerum Romanæ petiam ferè exæquabat; aliqua tamen distinctione, vt inferius dicemus.

Liu. 1. Decade lib. 3.

CA-

CAPVT VI.

Variæ ad palmum Romanum redactæ dimensiones.

Es Geometricus palmum 1. & 1. tert. passus minoris continet.

Cubiti 3. & 5. sexti Florentini Romanam cannam, seu vnciarum duodenarum palmum constituunt.

Mediolanensis cubitus bipalmaris, vnciarumque 7. & med; palmorum Romanorum minoris passus obtinet.

Palmus Genuensis palmum 1; & 1. octau. palmorum Romanorum Architecti; seu duo Genuenses palmi, palmos 2. & 1. q. Romanos adæquant.

Neapolites palmus, palmum 1. vncias penè duas Romani passus minoris Architecti complectitur.

Palmus Panormitanus palmum 1; minutumque è nostris Architecti comprehendit.

Pes Taurinensis palmum habet 1; vncias 11. è nostris passus minoris.

Vrbinatum pes, ac Pisauri, palmi vnius, vnciarum 7. dempto minuto.

Pes Ferrariensis, & Anconitanus, palmum 1. vncias 9. & med; Romani passus minoris sibi vendicant.

Pes Treuisanus palmum 1. & 3. quar; & 4. minuta capit passus minoris.

Pes Veronensis palmum 1. vncias 6. & m; è Romanis palmis obtinet.

Pes Venetus, & Istriensis, Veronensi omninò æqualis, palm. 1. vnc. 6. & med.

Pes Patauinus palmo 1. & med; & minutis 4. è Romanis definitur.

Vincentiæ pes palmum 1. vncias 7. è Romanis assequitur.

Pes Viennæ, Pragæ, Cracouiæ, Lugduni in Gallia, Ambianorum, Cæsareæ-Augustæ in Hispanijs, Toleti, Vlysipponis apud Lusitanos palmum 1. vncias 7. è Romanis excipiunt.

Cubitus Parmensis, & Placentinus palmos 2; vncias 5; & minuta duo è Romanis admittunt.

CAPITOLO VI.

Misure diuerse ridotte à palmi Romani.

L piede Geometrico si prende per palmi vno, & vn terzo di passetto.

Braccia trè, e cinque sesti Fiorentini fanno vna canna Romana, cioè il palmo di oncie dodeci.

Il braccio Milanese è palmi due, & oncie sette, e mezzo di palmi Romani di passetto.

Il palmo Genouese è palmi vno, & vn'ottauo di palmi Romani di Architetto, cioè palmi due Genouesi fanno palmi due, & vn quarto Romani.

Il palmo di Napoli è palmi vno, & oncie due scarse, del passetto Romano di Architetto.

Il palmo di Palermo è palmi vno, & vn minuto grasso, de' nostri di Architetto.

Il piede di Torino è palmi vno, & oncie vndici de' nostri di passetto.

Il piede di Vrbino, e Pesaro è palmi vno, & oncie sette, meno vn minuto.

Il piede di Ferrara, e di Ancona è palmi vno, & oncie noue, e mezzo di passetto Romano.

Il piede Treuisano è palmi vno, e trè quarti, & minuti quattro, di passetto.

Il piede Veronese è palmi vno, & oncie sei, & mezzo, de' nostri Romani.

Il piede Veneto, & Istriano è simile al Veronese di palmi vno, & oncie sei, e mezzo.

Il piede Padouano è palmi vno, e mezzo, e minuti quattro, de' nostri Romani.

Il piede Vicentino è palmi vno, & oncie sette, de' nostri Romani.

Il piede di Vienna, di Praga, di Cracouia, di Lione in Francia, di Amieno, di Saragoza in Spagna, di Toledo, di Lisbona, è palmi vno, & oncie sette de' nostri Romani di Architetto.

Il braccio di Parma, e di Piacenza è di palmi due, & oncie cinque, e minuti due de' nostri Romani.

Il braccio di Mantoua è palmi due, & oncie vna de' palmi Romani.

Il braccio di Bologna è palmi due, e due terzi grassi, de' palmi Romani.

Il braccio di Firenze è palmi due, & oncie sette, e minuti vno de' Romani; & è diuiso il braccio in dieci soldi.

Il braccio Bresciano è palmi due, & oncie vna, e mezzo de' Romani di Architetto.

Il piede Regio di Parigi è palmi vno, & oncie cinque, e minuti vno de' nostri Romani.

Piede di Germania, cioè di Austria, e di Vienna longo palmi vno, e cinque duodecimi; cioè oncie diecisette di passetto Romano.

Passo Germano di Vienna, detto Closhr, è palmi otto, e mezzo, & oncie sette di passetto Romano; e si compone di sei piedi, come sopra, cioè il piede, palmi Romano vno, & oncie cinque, e vn quinto.

Il piede di Reggio longo palmi due, & oncie quattro, e mezzo di palmo Romano.

Si può aggiungere à queste Misure, per notizia maggiore, e più certa l'Eruditissima Osservazione dell'Illustriss. Sig. Canonico Rafaelle Fabretti, fatta sopra Luca Peto, scoprendo vn Eruditione stata fino ad hora celata, intorno a' Palmi, & altre Misure Romane, per essere stato mal inteso quel celebre Autore.

Nella seconda Dissert. de suoi Acquedotti fogl. 68.

Lucas Pætus, quo procurante, mensuræ omnes, quibus Roma vtitur, in marmore Capitolino incisæ, & expositæ superiori sæculo fuerunt, cum animaduertisset Palmum recentiorum, quem Architectonicum vocant, non ità exactè respondere ad Spithamen, siue Dodrantem Pedis antiqui Geometrici &c. fino à fogli 76.

Mantuanus pes bipalmaris, vnius prætereà vnciæ è Romanis.

Cubito Bononiensi palmos 2. & 2. tert. ampliores è Romanis adscribunt.

Cubito Florentino palmos 2. vnc. 7. m. 1. è Romanis concedunt, eundemque in 12. asses diuisere.

Cubitus Brixianus palmis 2. vncijs 1. & m. è Romanis Architecti constat.

Pes regius Lutetiæ haud palmum 1; vncias 5; & minut. 1. è Romanis exuperat.

Pes Germanicus, videlicet Austriacus, & Viennensis palmo 1. & 5. duod; seu 17. vncijs Romani passus minoris determinatur.

Pedem Germanicum Viennensem, Closhr dictum, palmis octo, & med; Romani passus minoris, seu senis pedibus, pedem verò palmo Romano 1; vncijs 5; & 1. quint. designarunt.

Pes Rheginus palmos 2; vncias 4. & med. palmi Romani impetrauit.

Adijcere possumus his mensuris Eruditissimam Illustriss. D. Canonici Raphaelis Fabretti in proprio Libro de Aquæductibus, vbi patefacit celatam vsque adhuc Eruditionem Lucæ Pæti, circum Palmos, & alias Romanorum mensuras; quia doctissimum istum Auctorem multi malè intellexerunt.

fol. 68. secunda Diss.

Lucas Pætus, quo procurante, mensuræ omnes, quibus Roma vtitur, in marmore Capitolino incisæ, & expositæ superiori sæculo fuerunt, cum animaduertißet Palmum recentiorum, quem Architectonicum vocant, non ità exactè respondere ad Spithamen, siue Dodrantem Pedis antiqui Geometrici &c. vsque ad fol. 76.

In adie-

In adiectis quatuor Iconiſmis præcipuè veteris Vaticani partes exhibentur, vt, ad pertexendum Opus, quæ in recentioris Fani ſitu contigere clariùs innoteſcant.

IN primo Schemate verum priſci Vaticani ſitum, cum varijs Circi Molibus, Martis Fano, recentiore Templo, Romuli monimentis, via Triumphali, Traianâ foſsâ, Scipionum Tumulo, Ianuâ, ac Ponte Triumphali; Idem Ælij Adriani Pontem, Sepulcrum, Hippodromum, aliaque intuemur.

In altero Diagrammate, Neroniani Circi veſtigia, cum triplici eius fundamento veteris Baſilicæ latus ſuffulciente, Obeliſcus, Indexque deſcribuntur.

Tertium Diagramma præcipuum Circi aditum, ac Spinam, eiuſdem inane ſpatium bipartientem; Obeliſcum quoque, Metam, aliaque; nec non certum Templi Apollinis, Martiſque ſitum cum Terebintho, repræſentat.

In quarto Schemate Circi proſpectus, ac interius Interuallum, Metas, partemque circumductam complectens, eum Indice orthographicè delineantur.

Si dimoſtrano con le quattro Tauole ſeguenti le parti più eſsenziali del Vaticano antico per fare conoſcere ciò, che è ſeguito doue hora è il Tempio nuouo per la teſſitura dell'Opra.

LA prima Tauola dimoſtra il giuſto ſito dell'antico Vaticano, con gli Edifizij del Cerchio, Tempio di Marte, Tempio nuouo, memorie di Romolo, ſtrada Trionfale, foſſa Traiana, Sepolcro preteſo de' Scipioni, Porta, e Ponte Trionfale; Ponte, Sepolcro, Ippodromo di Elio Adriano, & altro, come in eſſa ſi ſcorge.

La ſeconda Tauola rappreſenta la Pianta del Cerchio di Nerone, con li trè Fondamenti del medeſimo, che ſoſteneuano il fianco della Baſilica vecchia, e ſituazione dell' Obeliſco con ſuo Indice.

La terza Tauola dimoſtra la Fronte, & ingreſſo principale del Cerchio, col di dentro, e Spina, che diuide il Vacuo di queſto, con l'Obeliſco, Meta, & altro. Vi ſi vede anche la collocazione à ſuo luogo del Tempio d'Apollo, e Marte, col Terebinto, & altro, ſecondo l'indice.

La quarta Tauola rappreſenta il Proſpetto geometrico del Cerchio, con i profili di dentro, doue erano le Mete, e la parte circolare col ſuo indice.

Ichnographiarum, ac delineationum Caroli Equitis Fontanæ Index.

Libri Primi, Icon Prima.

Antiqui Vaticani Ichnographia.

1 Ruſtiorum Rus.
2 Vaticanus Mons.
3 Neroniani Agri.
4 Campi Vaticani.
5 Apollinis Templum.
6 Nouum Templum.
7 Templum Martis.
8 Terebinthus.
9 Via Triumphalis.
10 Circus Neronianus.
11 Mons Aureus.
12 Reliquiæ Romuli.
13 Neroniani Campi.
14 Fouea Traiana.
15 Scipionidum Vrna.
16 Porta Triumphalis.
17 Triumphalis Pons.
18 Pons Ælianus.
19 Ælij Adriani Tumulus.
20 Ælij Adriani Hippodromus
21 Quintiorum Prata.
22 Hortus Domitij.
23 A. Ætruria.
24 B. Flumen.
25 D. Arcadius, & Onorius.
26 C. Latium.

Secunda Icon.

Ichnographiæ Neroniani in Vaticano Circi iuxtà Auctorum notitias, mensurasque, Index.

A. Cursuum metæ.
B. Supra spinam Aræ, & ædiculæ.
C. Situs in quo in sublime erectus Obeliscus erat, vsque ad Sixti V. translationem.
D. Cursurarum planities, Arena dicta.
E. Ambulacra, cum officinis, in quibus victui necessaria venditabant.
F. Sedilia, seù gradus, quibus spectatores insidebant.
G. Supra sedilia Hyspætrum, cum clauso Ambulacro maiorem propter vtilitatem data opera.
H. In Sedilibus ob Populi exalationem apertio.
I. Immensæ latebræ, Carceres dictæ Equorum, Bigarum, Cursorumque.
K. Oppida nobilium spectatorum, ac variarum ceremoniarum opportuna, in quorum medio permanebant Tubicines, & Signum Mappæ emittendis equis è carceribus dabant.
L. Publici Circi ingressus.
M. Tres Circi muri Boream versus, suprà quos parietes minorum Alarum Constantinianæ Basilicæ, idest latus Tribunal versus S. Inquisitionis, quod sublime ferebantur.
N. Obeliscus supra Spinam positus.
O. Diuæ Basilicæ Alæ minores.
P. Prima, & altera, dicti Circi, Nummi pars.
Q. Euripi locus in ped. 10. latus.
R. Publicæ Scalæ, quibus locos nobiliores scandebant.
S. Vetustum fundamentum sub Spina, & Obelisco.
T. Oppidorum ingressus sub recta linea, iuxtà alios obliqua, hoc remittimus notitijs magis idoneis, quæ hanc constituunt Tabulam.

Occidens 4.
1. Meridies. Borea 2.
Oriens 3.

Tertia Icon.

Circi Neroniani Prospectus, indicans internam, externamque partem.

A. Planities, & Cursuum Arena.
B. Spina, quæ eandem in duas diuidit partes.
C. Supra dictam Spinam, hodiè Diui Petri Sacrarium, Obeliscus.
D. Ædiculæ Consui, mendacibusque alijs dicatæ Numinibus.
E. Spinæ Metæ, Cursurarum termini.
F. Euripus propter Aquarum inundationem latus ped. 10. circum circà.
G. Sedilia cum apertione ob Populi exalationem.
H. Solarium cum ambulacris Circi.
I. Oppida.
K. Propè Carceres ingressus.
L. Deambulationes, officinæque publicæ.
M. Apollinis Templum, hodiè S. Petronillæ.
N. Martis Templum; Porta hodiè, vulgo *Fabrica*.
O. Elcius, vel Terebinthus hodiè Heluetiorum domus.
P. Romuli erecta Memoria, vulgo *le Vaschette*.
Q. Triumphales, Vaticani, & Quinctij, hodiè Angelica Ianua, Arx, cum Pratis, Vineisque Campi.
R. Vaticanus Mons, hodiè Palatium cum Viridarijs Pontificium.
S. Mons Aureus, hodiè Barberinorum Rus, Sannesiorum domus, & alia, quæ Diuum Honuphrium versus sunt.

Quarta Icon.

Sectio circulare Frustum versus, Obelisci.

A. Supra Spinam, sagittamue Obeliscus.
B. Circi planities, vel Arena.
C. Publica Sedilia in tribus Circi lateribus.
D. Aperta Ambulacra.
E. Celatæ ambulationis Solaria.
F. Dicta Spina.
G. Aquarum ob nauales Ludos Libella.
H. Publicæ officinæ, vel terrestres ambulationes.
I. In primo oppida ingressu.
K. Inter oppida Quadrigæ.
L. Primus Circi ingressus.
M. Oppidorum ingressus.

F

1. Circi metam versus diuisio.
2. Principalis Circi ingressus Prospectus.

CAPVT PRIMVM OPERIS.

Rationes, & argumenta, quibus vestigia, & situs Vaticani comprobantur.

Am præstat Vaticani vestigia oculis exhibere, quæ à Romanis, tam eorundem Imperij tempore, quàm multa sequentium annorum serie obtinebantur; quæ in adiecto diagrammate licet intueri; quod æquas terminorum proportiones obseruat, eosq; haud piget recensere. Primò, occurrit locus, nempè vbi stabat Cæsaris Obeliscus à Sixto V. iampridem transuectus, Neronis Circi amplectens meditullium: 2. conspicuum Scipionis monumentum, nunc Transpontini Cœnobij vocabulo; 3. Triumphalis Pontis vestigia; 4. Ælij Adriani Pons cum ipsius sepulcro, & Fluuij circuitione. Verum quià instituimus ea duntaxat elucubrare, quę vetus olim, Vaticanus complectebatur, alijs adducendis supersedendū existimauimus. Ex adjectis terminis non solum vestigia eius rectè collocata; sed ex singularibus etiam diuisionibus minimè permutata fuisse deducemus: immò temporis decursu perfectius dignoscuntur. Quippè secūdum Anastasij Bibliothecarij sentētiam, agri Vaticani ad Occasum, vsque ad S. Mariam trans Tyberim, seù ad Ortum, vsq; ad Pontem Miluium producebantur; quod magis sęculorum proximè elapsorum Auctores stabilierunt. Ipsorum opinionibus adhærentes, varijsque induti notitijs hos terminos haud immeritò benè constitutos esse coniecimus. Cornelius Tacitus, Domitij Hortos in Vaticano contendit, atque à Neronis circulo versus viam Triumphalem protendi; qui si à Domitio vocabulum sortiuntur, aut sic cognomentum Neronem, aut à veteribus Domitijs, eorundem quondam potitis deriuasse arbitramur. Teste Donato; Caius, Caligula dictus, & postea Agrippina Domitijs coniuncta, ex qua Nero ortus est, deindè à Claudio adoptatus, ijsdem Hortis fruebatur; sed inferius huius sententia Auctoris omni meliori

Corn. Tac. 14. Annal.

Don. lib. 3. fol. 449.

modo

CAPITOLO PRIMO DELL'OPERA.

Ragioni, e proue concludenti per la verificazione della Pianta de' siti Vaticani.

I Siti Vaticani, che da Romani, sì nel tempo de' loro Imperatori, come anche da molt' anni in dietro, furono occupati, vengono indicati nella Pianta seguente; quale viene disposta à sua proporzione, mediante i termini assegnati. Primo è'l luogo, ou' era l'Obelisco d'Augusto, auanti il trasporto di Sisto Quinto, nel mezo della spina del Circo di Nerone. Secondo, è il supposto Sepolcro di Scipione oggi Traspontina; Terzo, le vestigia del Ponte Trionfale: Quarto, il Ponte di Elio Adriano con suo Sepolcro, e giro del Fiume; Ma essendo il nostro fine particolare di trattare solo di quello, che era anticamente nel Vaticano presente, in ciò non ci diffondiamo. Si caua bene da gli assegnati termini non solo essere stata con Regola la medesima Pianta situata; ma da queste particolari diuisioni, si deduce non esser quelle variabili; Anzi col corso del loro tempo si distinguono più adattatamente, secondo l'opinione di Anastasio Bibliothecario; che fà, che i Campi Vaticani si stendessero verso Ponente, fino à Santa Maria in Trasteuere, ò verso Leuante à Ponte molle. Il che si proua ancora dall' Autorità di coloro in quei Secoli più prossimi; al parere de' quali necessariamente conformandoci, con simili coniettūre, e notizie si sono descritti i predetti termini. Asserisce dunque sopra di ciò Cornelio Tacito, che gli Orti di Domizio fossero in Vaticano, e dal Cerchio di Nerone si stendessero verso la strada Trionfale. Ebbero il Vocabolo di Domizij, ò perche Nerone fù di tal Nome chiamato, ò pure perche deriuasse da gli antichi Domizij Possessori de' medesimi. Il Donati dice, che detti Orti fossero di Caio, cioè Caligola, e di Agrippina maritata ne' Domizij, dalla quale nacque Nerone adottato da Claudio; ma l'opinione del medesimo Autore si dichiarerà meglio più à basso. Vuole Seneca, che detti Orti fossero dal Teuere verso il Circo; Et il Nardini dice, che principiassero dal Circo su detto, e continuando alla Strada, & al Ponte Trionfale, proseguissero à tutto il seno del Fiume; Ma supponiamo Noi, che il Nardini intenda auanti il possesso de' medesimi di Nerone; poichè è certo, che dal Fiume fino al Circo più in dentro, era de' Domizij. Viene

Corn. Tac. 14. degli Annali.

Donat. lib. 3. f. 449.

Nard. lib. 7. cap. 13.

C cetri-

certificato dalla ſpiegazione; che fanno Giulio Capitolino, e Publio Vittore, che gli Horti de' Domizij foſſero nell'Arco del Fiume, à continuazione con la Parte, chiamata poi Horti Neroniani, verſo il Circo. Cornelio Tacito confeſſa tal diuiſione, che gli Horti di Domizio foſſero in Vaticano, confinanti col Circo Neroniano; oſſeruandoſi la mutazione del Nome in quella parte del Circo nel medeſimo Tacito, doue tratta del Martirio de' Chriſtiani, che fù dato nel Vaticano da Nerone; il quale ordinò, che ſimili Spettacoli ſi faceſſero ne' ſuoi Horti. Pare à Noi dunque conueniente tal diſtinzione, cioè, che in tempo di Agrippina la minore nel poſſeſſo di Nerone foſſe quella parte chiamata gli Horti Neroniani, e l'altra parte foſſe detta Domizia, & indi gli Orti Domizij. A queſto Noſtro parere hanno anche acconſentito molti altri Autori di grido; Gli Horti, e Campi Neroniani, ò Domizij erano, ſecondo il Nardini, anneſſi al Circo nel piano frà la Chieſa di S. Pietro, & il Teuere, e, come diſcorre il Donati, furono li Medeſimi già di Caio, e prima d'Agrippina ſua Madre, Moglie già di Germanico, de' quali Seneca così parla; *Deindè adeò impatiens fuit*, intende di Caio, *differendæ voluptatis, vt in Xyſto maternorum hortorum, qui Porticum à Ripa ſeparat, inambulans, quoſdam ex illis cum Matronis, atque alijs Senatoribus ad lucernam decollaret*; oue il Donati oſſerua le parole, *Porticum à Ripa ſeparat*, perchè biſogna argomentarli nel piano di quel Ponte, e Caſtel S. Angelo, per non dire, che il Ponte Trionfale chiudeſſe la ſtrada al Traſteuere. Il Biondi concorre ad affermare, che gli Horti di Nerone originaſſero dal Circo, e continuaſſero al Fiume, & indi à S. Maria in Traſteuere. E' anche di tal ſentimento il Seuerani; il Marliani però ſi fà intendere, che gli Horti Neroniani cominciaſſero dal Circo, e proſeguiſſero fino al Fiume, ſupponendo però, non verſo S. Rocco, ma verſo S. Spirito; che così anche affermano tutti gli Antichi, che è quanto ci baſta per la giuſtificazione de' Siti di detti Horti; E della vera ſituazione del Vaticano.

Pub. Vitt. Reg. 14.
Corn. Tac. 14. *degli Annali.*
Tac. lib. 15
Seneca nel 3. *de Ira al cap.* 18.
Biondi lib. 1. *fogl.* 12.
Seuer. f. 10.
Marl. lib. 5. *f.* 285.

modo declarabitur. Seneca præfatos Hortos à Tyberi ad Circum conſtituit; Scribit enim Nardinus eos ab ipſo Circo per viam, Pontemq; Triumphalem, ſinumq; Fluminis promoueri; attamen Nardinum hoc intendere cenſeamus, priuſquam eoſdem Nero poſſideret; ſiquidem conſtat, quod Domitij à Flumine ad Circum illis vterentur; Idque lucidius à Iulio Capitolino, & Publ. Victore enucleatur; Domitij nimirum Hortos arcum Fluuij, & aliquam Neronianorum partem, circa tenus, continuiſſe. Cornelius Tacitus iſtam affirmat diſtributionem, dum aſſerit Domitij Hortos in Vaticano, eumque Neroniano Circo coniunctum, nominis tamen mutatione in ea Circi parte, obſeruata apud eundem Tacitum, vbi agit de Chriſtianorum Martyrijs, in Vaticano à Nerone inflictis, qui cruenta hęc ſpectacula in Neronianis Hortis edi videbat. Hæc igitur æqua Nobis videtur diſtributio, tempore ſcilicet Agrippinæ minoris, Nerone imperante, hanc partem Hortos Neronianos, alteram verò Domitij tempore, Domitianos Hortos nuncupatã. Haud à Nobis celeberrimi diſſentiunt Auctores; Horti, & agri Neroniani, vel Domitij, erant, iuxtà Nardini auctoritatem, Circo proximi, inter Templum D. Petri, & Tyberim, & ſicuti vult Donatus, ijdem iam Caij fuerunt, & priùs Agrippinę eiuſdem Genitricis, Germanici iam Vxoris; De his intelligit Seneca, *Deindè adeò impatiens fuit*, ideſt Caius, *differendæ voluptatis, vt in Xyſto maternorum Hortorum, qui Porticum à Ripa ſeparat, inambulans, quoſdam ex illis cum Matronis, atque alijs Senatoribus ad lucernam decollaret*; hic Donatus obſeruat hęc verba, *Porticum à Ripa ſeparat*; quia coniectare neceſſe eſt, fuiſſe in illius Pontis planitie, & S. Angeli Arcis, ne dicamus à Triumphali Ponte via olim Tyberis fuiſſet occupata. Aſſentitur Biondus, Neronis Hortos à Circo incoari, atque ad Fluuium, indè verò ad S. Mariam trans-Tyberim pertinere. Fauet etiam Seueranus; Marlianus tamen, Hortos Neronianos à Circo ad Fluuium, nec verò ad D. Roccum, ſed ad S. Spiritum prouexit. Sic enim veteres vniuerſi conueniunt. Hęc tandem ſufficere puto, ad præfatorum Hortorum ſitus, & ad veram Vaticani collocationem abundè comprobandum.

Pub. Vict. Reg. 14.
Corn. Tac. 14. *Annal.*
Tac. lib. 15
Sen. 3. *de Ira cap.* 18
Biond. lib. 1. *fol.* 12.
Seu. f. 10.
Marlian. lib. 5. *fol.* 285.

CAPVT II.

De Vaticano, eius vetustate, etymologia, & circuitu.

CVm præcipuum Nobis scopum proposuerimus de recentibus Vaticani Ædificijs edisserendi, opus videtur expostulare, vt quæ singularia in eodem, veterum Romanorum tempore, extitere, minutim describantur. A vetustate igitur, etymologia, & vetusto eiusdem Vaticani ambitu ordiemur; vt clariùs elucescat, quantùm situs illius celeber euaserit, ac illustris, quod ex sequentium Authorum testimonijs, ac auctoritate facilè innotescat.

Ex ipsius vocabuli etymologia magis emicabit antiquitas; cum præter quod à Iano impositum fuit, Vaticanus nuncupetur, à vaticinijs, quæ ibi præteritis Sæculis Populi excipiebant à Vatibus, eum tunc incolentibus, teste Festo, asserente Romanos in præfato situ à Vatibus audire vaticinia consueuisse, necnon consilia ad Tuscorum expulsionem; his verbis: *Vaticanus Collis appellatus est, quod eo potitus sit Populus Romanus Vatum responso expulsis Aetruscis*; seu vt narrat Gellius, sic à vaticiniorum Numine cognominatum, ob responsa quæ in eo edesse solebat. *Et agrum Vaticanum, & eiusdem agri Deum præsidem, appellatum acceperamus à Vaticinijs, quæ vi, atque instinctu eius Dei, in eo agro fieri solita essent; sed præter hanc causam M. Varro in libris Diuinarum, aliam esse tradit istius nominis rationem, nam sicut Aius, inquit, Deus appellatus, Araque ei statuta est, quæ est infima noua via, quod in eo loco diuinitus vox edita est. Ità Vaticanus Deus nominatus, penès quem essent vocis humanæ initia; quoniam pueri, simul, atque parti sunt, eam primam vocem edunt, quæ prima in Vaticano syllaba est, idcircò vagire dicitur, exprimente verbo sonum vocis recentis*; Sic Auctor præfatus, sic Liuius, Cicero, & S. Augustinus, &c.

Festus fol. 303.

Aul. Gell. fol. 908.

Liu lib. 5. Cic. lib. 1. de Diuin. S. Aug. de Ciuit. Dei lib. 4. c. 11.

Nec Vaticani cedit vetustati ambitus illius amplitudo, quippè (vt inquit Plinius) tredecim milliarium Romæ limites excedebat, versùs Veientium, Crustuminorum,

Plinius lib. 3. cap. 5.

Fide-

CAPITOLO II.

Del Vaticano, sua antichità, etimologia, e circuito.

ESsendo il Nostro principal fine di discorrere delle Fabriche moderne del Tempio Vaticano, pare, che la tessitura dell'Opera richieda il dire anche delle cose particolari, che furono in esso, in tempo degli antichi Romani. Si comincia dall'antichità, etimologia, e circuito di esso antico Vaticano, per far vedere quanto sia stato veramente loco illustre, e celebre secondo le notizie, & autorità de' seguenti Scrittori.

B Circumferentia in se continens primam partem noui Templi, à Iulio Papa II. dispositam.

C Vetustum Emissarium ab Ædifitijs impeditum, hodiè aquarum centrum.

D Originarij continuatio Emissarij tendentis Tyberim versus ad dictum Centrum.

E F Linea portionem stabiliorem cum primo Tomo, & reliquum secundi Tomi à Paulo V. ordinati minus stabilis, diuidens.

G Agera posita sub fundamenta ad illas partes à libella aquarum infera consolidandas.

H Aquæ libella secundum rationes deductas erecta.

H I Fundamentorum Templi altitudo.

L Sectio, & Collium decliuitas circà primum Templi Tomum, quæ in suis summitatibus sunt partes fundamentales intus substructę, quæ quasi in suis summis vniti cumulis fortiter Ædifitij Molem substinent.

MN Sectio, & decliuitates Collium, propinquorum Tomo secundo, vbi ex parte in summo fundamenta permanent, ob dictas decliuitates Sanctæ Inquisitionis Tribunal versus inclinantes, per quas naturales transeunt aquæ, accidentalesque propter terrena debilia illis subterraneis partibus afferunt contaminationem.

O Longitudo, & latitudo Frontis, partisque secundo Templi Tomo vnitæ.

P Parietes, & longitudo Alæ Templi transuersalis.

Q Tholus.

R Extremum Templi Lineamentum.

Scala di Palmi 1000.
50 100 200 300 400 500 600 700 800 900 1000
PIANTA DEL TEMPIO
B
A
B
B
F
B
C
E
A. Luogo, che dai colli originaua l'antico scolo, et emissario auanti l edificatione del Tempio, e Basilica
B. Circonferenza, che contiene in se il p.° tomo del nouo Tẽpio da Giulio II.
C. Emissario antico impedito dagli edificy hoggi centro dell' aque
D. Continuatione dell' emissario originario al detto centro tendente uerso il Teuere.
E.F. Linea, che diuide la portione piu stabile con il p.° Tomo, et il remanente del 2.° da Paolo V. meno stabile
G. Passoni posti sotto li fondamenti per consolidare quelle parti dal liuello delle aque dabbasso.
H. Liuello dell'aqua inalzata 2.° le ragioni dedotte
HI. Profondità de i fondamenti del Tempio
L. Settione, e decliuy dei colli attorno il p.° Tomo del Tempio, che nelle loro appendici sono internamente situate le parti fondamentali quali quasi come unita massa sostengano uigorosamente la Mole dell'Edificio
M.N. Settione, e decliuy de i Colli contigui al 2.° Tomo oue risiedeno in parte nell' appendici le fondamentationi á cagione degli detti decliuy inclinanti uerso il S. Officio per li quali scorrono le aque naturali, et accidentali per quella labilezza, e fragilità di terreno á contaminar quelle parti sotterranee
O. Longhezza, et altezza della facciata é parte annessa nel 2.° tomo del Tẽpio
P. Parieti, e longhezza della naue trauersale del Tẽpio.
Q. Cuppola.
R. CONTORNO DEL TEMPIO
D
Q
L
P O O P
N L L M
I I
H A H
G
Settione e Profilo dei Colli
Eques Carolus Fontana Delin.

CAPVT XX.

Indagatæ in Pantheo, & Tholi Vaticani Tympano dimensiones.

VSurpatas ad Panthei substructionem adijciemus mensuras, quibus tot ipsum Sæcula perseuerauit. Tametsi autem humili admodùm Solo collocatum, sæpius Tyberis patiatur alluuiones, ijsque resistat; quia tamen substructa eidem Moles aliquantùm depressior, exiguo inter Fani planitiem, & virgineam Tellurem spatio intercedent, non id omnino persistit illibatum; vti totum penè Ædificium, ad summam apertionem peruadens hiatus, apertè demonstrat. Quod nec materiæ vitio, nec eius inopiâ adscribendum; quippe Romana hoc opus excitauit munificentia; verùm id ex subiecti Soli ortum censemus instabilitate: Siquidem cum illius inæqualis non abundè consuluerunt imbecillitati, tota planè nutauit structura, vnde relaxata, ad quietis centrum subsedit. Species, ac moduli, ad quos Tympanum, Tholumq; Vaticanum effinxere, à Panthei mensuris parum deflectere comperiuntur; namque solùm vertente inter eorum situs discrimine, illam adeo eminenti Solo superstruxere, vt immensæ altitudinis fundamina expostularit, quæ si humilem muri, Pantheon fulcientis, obtinerent densitatem, ad similem procul dubio extensionem vtrumque exspatiarentur.

Maiorem nihilominus adhibuere solertiam, cum predictos Parietes ab alijs Fanum præcingentibus dissitos inclusere; adeò probè compactos, vt subextensas fundationes, ne diducantur, validissimè compascant, Pantheique sibi vendicent perennitatem. Maior etiam in illius, emicuit industria, quam in huius abditis partibus ædificandis, quia cum diligenter humum ad fundamenta destinatam inuestigarunt, tum etiam alterius mendas subterfugientes, comminantia Hemisphærio pericula, vti iam alibi, cum de priore

CAPITOLO XX.

Misure del Pantheon, e Tamburo della Cupola Vaticana.

SI dichiarano le seguenti misure del Pantheon, mediante le quali fù dato forma alla di lui sostruzzione, quale si rende stabile dopo tanti anni. Ciò è proceduto dal modo pratticato; perche se bene risiede assai basso, come lo dimostrano l'inondazioni del Teuere, per essere questo il primo ad essere sommerso; con tutto ciò non si è reso totalmente sincero à cagione, che non hà la Platea di grand'eleuazione, perche vi corre poca altezza dal piano del Tempio all'antico terreno virginale. Per tale deficienza ne segui quella che apparisce nel proprio Composto in longhezza diametrale, inalzandosi fino sopra l'occhio, che l'illumina, in modo che pare lo diuida. Non fù già difetto della materia, della quale è composto, ò della parsimonia di essa, trattandosi d'vn'opera fatta dalla Potenza Romana; ma bensi di non auer auuto riguardo, e prouisto all'insussistenza del Terreno, che gli fà letto, per la disugualità, e variazione del quale si è reso meno resistente. Per tal causa il grauame dell'Edifizio vacillò, e ne seguì il distacco, e rendendosi al suo centro di quiete, ne partorì l'assetto.

Si scorge, che non troppo s'allontanino le misure, e forma del Tamburo, e Cuppola Vaticana da quelle del Pantheon, variando solo nella situazione più eminente. Per farla risiedere in vn'altezza sì considerabile, è conuenuto erigerui sotto quella perpendicolarità, formidabili muri, di tale quantità, che ridotti alla forma, e bassezza, à guisa della Platea del Pantheon, non è inferiore; e se la medesima Platea viene imprigionata dalla terra, è per fargli vn quieto letto.

Sempre maggiore però fù l'artifizio d'auer carcerati li sopranominati muri de gli altri distanti, che fanno Parete al gran Tempio Vaticano, eretti con tanta validità, e vigore d'vnione à spalleggiare, e rendere in così fermo freno quelli, sopra de' quali posa l'Edifizio; in modo che questa pesante Mole eguaglia nell'esser durabile l'altra del Pantheon. Maggiore però si deue considerare l'artifizio pratticato in quello, che non fù in quell'altre parti occulte del Panteon; poiche in quello non appariscono tali difetti, per la cognizione, che ebbero gli Architetti Direttori del medesimo Edifizio Vaticano, che non mancarono d'inuestigare quelle parti,

che sono residenza de' fondamenti, e prouiddero all' inconuenienze che poteuano à quella guisa comparire nella Cupolla, come già si è spiegato nel discorso della fermezza del primo Tomo del Tempio.

Certo è, che quest' ardimento di situare vn nuouo Pantheon in tal' altezza, sostenuto da vn monte di materie, non fù pratticato già da gli Antichi. Cassiodoro, che essagera le Fabriche Romane, dicendole di tale grandezza, che resero la Città stupenda, e le più marauigliose dell' Vniuerso; cosa auerebbe detto, se à suo tempo fosse stato sostrutto vn Edifizio di tal' eminenza, come è quello del Vaticano? Non sò qual' epiteto maggiore potrebbe auer dato alla gloria de' moderni Pontefici. Del tutto ne fanno chiaro le seguenti misure.

Lib. 7.

Il Vano diametrale del Tamburo, e Cupola Vaticana pal. 190 $\frac{2}{3}$

Il Vano diametrale del Pantheon da viuo à viuo dell' ossatura del muro è pal. 194 $\frac{1}{2}$, e dal viuo delli Pilastri, che l' ornano pal. 193 $\frac{2}{3}$

Varia solo palmi 3. di maggiore larghezza il Pantheon.

Sopra la linea diametrale del Pantheon, comprese le due grossezze del muro, che lo circondano, sono pal. 254.

Sopra la linea diametrale del Tamburo, e Cupola Vaticana, comprese le due grossezze del muro, che lo circondano, cioè nel nascimento, ò primo Spicco circolare pal. 266 $\frac{2}{3}$

Resta superiore palmi 12 $\frac{2}{3}$. di longhezza della linea diametrale, il Vaticano pal. 12 $\frac{2}{3}$.

La superficie, che contiene la circonferenza, che costituisce il vano del Pantheon, sono pal. 30005.

La superficie, che contiene la circonferenza, che costituisce il Vano della Cupola Vaticana, sono pal. 28083.

Resta superiore il Pantheon di superficie, palmi superficiali 1922.

Il muro, che circonda il Pantheon, è grosso trà la circonferenza interiore, e l'esteriore pal. 30.

Il muro, che circonda il Tamburo Vaticano nel suo nascimento, doue è il Zoccolone, è grosso trà la circonferenza interiore, & esteriore pal. 38 $\frac{1}{4}$

Resta superiore il Tamburo Vaticano pal. 8 $\frac{1}{4}$.

Il Sito superficiale occupato dal Pantheon dentro alla circonfe-

Fani Segmento, sapienter præcauere.

Nemo tandem hoc mirandum prorsus artis specimen inficietur, cum recens Pantheon ad eam erexere sublimitatem, & tam vasta materiei congerie sustentatum; cuius nec parem, nec ita stupendam Molem Romana peperit vnquam Potentia. Si enim Cassiodorus mirificæ Romanarum substructionum magnitudinem cæteras vniuersi Orbis anteuortisse deprædicauit; quò laudes illius, & encomia prorupissent, si Fanum Vaticani magnificentiæ vidisset æquiparandum? Summorum haud dubiè Pontificum gloriam sublimiùs exaltasset; quod & Panthei, & Vaticani Tholi subrecensitæ dimensiones manifestant.

Lib. 7.

Maximum Tympani, & Vaticani Hemisphærij laxamentum impetrauit pal. 190 $\frac{2}{3}$

Inane Panthei interuallum à densiore circumducti Parietis compage pal. 194 $\frac{1}{2}$. & ab imis exorientium Parastadum Scapis explicantur pal. 193 $\frac{2}{3}$

Vnde Pantheon 3. duntaxat pal. porrectius euadit.

Maxima Panthei amplitudo, addita vtraq; circumstructi Parietis densitate, emetitur pal. 254.

Tympani verò, Tholiq; Vaticani, circumdante duplici crassitie aucta latitudo, vbi Sphæricè nimirum incipit exurgere, sibi vindicat pal. 266 $\frac{2}{3}$

Quare Vaticana longitudo alteram excedit pal. 12 $\frac{2}{3}$.

Tota Peripheriæ, Pantheon constituentis, area, comprehendit pal. 30005.

Perimetri verò, Vaticanum Tholum complectentis, superficies, dilatatur pal. 28083.

Quo circa Pantheon palmis explicatius 1922.

Murus Pantheo circumactus vtrinq; obtinet crassitudinē pal. 30.

At imus Vaticanum Templū ambiens Paries, vbi nempe Stereobati incumbit, ampliatur pal. 38 $\frac{1}{4}$

Hic itàq; alio densior pal. 8 $\frac{1}{4}$.

Extima Panthei superficies,

dempta Porticu inter Laxamentum, ac Parietem intercedente, assequitur pal. 51613.

Verùm Area Tholi, Tympanique Vaticani, vbi nempe hoc cæpit exoriri, extrinsecus extenditur ad pal. 56888.

Quamobrèm hoc palm. illud antecedit 5275.

Panthei circuitus, inane à muro præscindens, occupat pal. 606.

Vaticani autẽ Tympani ambitus à muro diuidens Laxamentum sinuatur in pal. 597.

Quapropter Pantheon palm. aliud euincit 9.

Extima Panthei Peripheria murum præcingens, excepto tamen ambulacro, continet pal. $798\frac{2}{3}$

Exterius Vaticani Tympani perimetrum, Parieti, vnde Stereobates emergit, circumfusum enumerat pal. 836.

Vnde istud altero pal. 37. extensius euadit.

Vniuersales vtriusque Mensuræ.

Ab imo Panthei Lithostrato ad summum Ostium, laxamenti diametrum exæquans, intercipiuntur pal. $193\frac{2}{3}$

Tympanum verò, & Vaticanum Hemisphærium à circumiecta summis Arcubus Coronice, ad imum Epitholij hiatum euagatur pal. 214.

Hoc itaque sublimius euehitur palm. $18\frac{1}{3}$.

A Panthei Solo ad summum desuper hians foramen, illius comprehensa densitate, propagantur pal. 202.

Ab ima Coronice Vaticana, ad imum Laternæ fulcimentum pal. 232.

Hoc igitur excelsius attollitur, pal. 30.

renza esteriore, non compreso il Portico trà il Vacuo, e la Parete, occupano pal. 51613.

Il sito superficiale occupato dalla Cupola, e Tamburo Vaticano nel nascimento del Tamburo, cioè nella circonferenza esteriore pal. 56888.

Resta superiore il Vaticano di sito occupato pal. 5275.

Gira il Pantheon sopra la circonferenza, che diuide il Vacuo del muro pal. 606.

Gira il Tamburo Vaticano nella circonferenza, che diuide il Vacuo col muro pal. 597.

Resta superiore il Pantheon pal. 9.

Gira il Pantheon nella circonferenza esteriore, che chiude la Parete, non compreso il Portico, pal. $798\frac{2}{3}$

Gira il Tamburo Vaticano nella circonferenza esteriore, che chiude la Parete nel nascimento del Zoccolone pal. 836.

Resta superiore il Vaticano palmi 37. di giro.

Altezze generali dell' vno, e dell' altro.

Dal piano del Pantheon fino sotto l' occhio, & aguaglia il diametro del Vacuo, pal. $193\frac{2}{3}$

Il Tamburo, e Cupola Vaticana è alta dal Cornicione circolare, sopra gli Arconi, fino sotto l' Occhio della Lanterna pal. 214.

Resta superiore d' eleuazione il Vaticano pal. $18.\frac{1}{3}$

Dal piano del Pantheon, compresa la grossezza del muro dell' Occhio pal. 202.

Dal piano del Cornicione Vaticano, fino doue posa la Lanterna pal. 232.

Resta superiore il Vaticano palmi 30.

Misure esteriori del Tamburo, e Cupola Vaticana.

Da doue spicca il Tamburo, fino alla cima della Croce pal. $387\frac{3}{4}$

Resta superiore lo Spicco del Tamburo, con masso, e Zoccoloni, Cupola, Lanterna, e Croce più del Pantheon pal. $182\frac{1}{4}$.

Risiede lo Spicco del Tamburo in altezza dal piano del Pauimento del Tempio pal. $209\frac{1}{2}$

Capacità de' Vacui.

Aria del Pantheon nel Vano della circonferenza interna con l'eleuazione pal. 5270660.

Aria della Cupola Vaticana nel Vano della circonferenza interna con l'eleuazione, pal. cubi 5054940.

Resta superiore il Pantheon pal. 215820.

Muri che sostentano sotto la Cupola Vaticana.

Li quattro pezzi di muro, che compongono il masso, sotto il Zoccolone del Tamburo pal. cubi 352000.

Li quattro Arconi sotto detto masso, che impostano sopra li Piloni contengono pal. cubi 492800.

Li quattro Piloni di essi pal. 4148640.

Li quattro fondamenti sotto di essi sono di pal. 3137000.

Sommano insieme pal. 8130440.

Extimæ Tympani, & Vaticani Hemisphærij dimensiones.

Vnde Tympanum erumpit, ad summam Crucem comperimus pal. $387\frac{3}{4}$

Exin rectus Tympani ambitus, Stereobatis, Hemisphærio, Laternâ, & Cruce connumeratis, Pantheon prætergreditur pal. $182\frac{1}{4}$.

Tympanum procul subiecto Fani Pauimento exurgit pal. $209\frac{1}{2}$

Laxamentorum amplitudo.

Inane interioris Panthei peripheriæ interuallum cum proceritate, definitur pal. 5270660.

Inane spatium, intimo Vaticani Tholi perimetro, cum proceritate comprehenso, cubicos adæquat pal. 5054940.

Vnde Pantheon pal. præabũdat 215820.

Parietes Vaticanum sustinentes.

Quatuor murorum Segmenta Molem Stereobatæ Tympani suppositam constituentia cubicos sibi arrogant pal. 352000.

Arcus quatuor sub eadẽ Mole Parastatis insidentes cubicos complectuntur pal. 492800.

Subsidentes ipsis quatuor Parastades habent crassitudinem pal. 4148640.

Quatuor substructa illis fundamina crassescunt in pal. 3137000.

Quę simul collecta dimetiuntur pal. 8130440.

CAPVT XXI.

Quas ob causas non extimescendum Vaticanum posse deinceps Tholum labefactari.

QVI propter suam rei Architectonicæ imperitiam, in decernenda audaciùs magnificarum Molium perennitate allucinantur, ijdem meritò excusandi, nec eruditione ad probam sententiam de earum instabilitate ferendam, nec ipsis ingenio suppetente; cum in arte viri apprimè insignes, ac eruditi, vt de ijs omninò definiant, ægrè adducantur. Illibatum olim quis Vaticanæ Basilicæ decus cæperat contaminare; vir nempe admodum rudis, qui vix dum artis delibarat rudimenta, non erubuit malè ominosus imminentem ei ruinam stolidissimè vaticinari. Quocirca ad excutienda planè Insciorum dubia, quàm singulis partibus Fanum solidissimè sit compactum, breuiore quidem, certisque fulta argumentis dissertatione patefaciemus.

Ex accurata Templi delineatione firmissima partium, fundationumque adeò elucescit compages, vt de illius perennitate suspicari queat nemo. Siquidem circumstructi Parietes validissimi, subiectæque Moles ita egregiæ, vt duplo sufficiant oneri subuehendo. Eandem etiam adstruunt firmitatem quatuor prægrandes Parastatæ, quibus totidem amplissimi insident Arcus, grauissimum totius Ædificij pondus sustentantes. Hi namque, securum licet præbeant fulcimentum, quasi ex incumbenti onere confatiscant, nonnulla vacillationis plurimùm exerunt indicia, quæ tamen cum nunquam prodierint, perennem & inconcussam Molem fore demonstrant.

Ad perfectam Fani, ac perstituram substructionem contestandam, haud circumstructi tantummodò vtrinque concurrunt Parietes, verùm etiam pars, vnde Tympanum emergit, quæ hactenus illæsa perdurauit, eamque ab substratæ telluris solidita-

CAPITOLO XXI.

Ragioni per le quali non possa dubitarsi della fermezza, e stabilità della Cupola Vaticana.

DEgni di compatimento sono coloro, che per non sapere dell'Edificatoria le nobili parti, traboccano à dar improprij giudizij alla stabilità degli Edifizij magnifici, douendo auere vn alto intendimento circa la deficienza, & l'indeficienza; Onde simili giudizij à pena possono darsi da'più intendenti, & esperti Professori. Questo appunto succede nel caso del nostro gran Tempio Vaticano, colla precorsa voce, che, come altra volta dissi, publicò colui, di tanto poco sapere, che sì scioccamente osò presagire rouine à questo Tempio; Onde à distruzzione de'partoriti susurri notificheremo le particolarità del suo Composto, operato, e perfezione, fondate più sopra la ragione, che nel discorso.

Nel delineato embrione di questo famoso Tempio si scorge la perfezione in tutte le parti del di lui composto, e sono distribuiti quei fondamenti in tale sufficienza, che si rendono fermi, & immobili, da non potersi mai dubitare della loro permanenza, e stabilità, come bene indicano quegli ottimi, che circuiscono, e compongono tutto il Corpo ripartito con masse tali, e sostrutto di tal maniera, che si rende abile anche al sostenimento di duplicato peso; come più amplamente si riconosce nella fermezza di quei quattro gran Piloni. Il dorso di questi sostiene quattro grand'Arconi, doue preme il peso maggiore d'vn sì grand'Edifizio; il che cagiona che in essi Arconi per ordinario apparisca qualche segno di mouimento; ancorche sia indubitata la fermezza de'loro sostentamenti; per essere dalla sua prima, & originaria composizione rimasti intatti, e fermi, euidentissima dimostrazione, & attestato della permanenza, e stabilità dell'Edifizio.

Continua la perfezione di vn tal Composto, non solo nelle Pareti Laterali, che lo circuiscono, ma anche in quella porzione, doue spicca il Tamburo, che è di tutta fermezza, partorita dalla quiete, che gode del quasi plateato Corpo che gli fà strato. Egli partecipa simil'effetto anche in tutta la parte rimanente, che compone il Tamburo, Cupola, e Lanternino. E si conferma questa fermezza dall'essere sempre rimaste illese, & intatte tutte le sudette parti, Operato, e Composto, riconosciuto più tosto dall'assistenza Diuina, che dalla condotta degli Architetti di eleuato ingegno. Auuiene però, che simile

costruzione faccia apparire discioglimenti perniciosi alla propria conseruazione, come ci manifestano gli essempij d' altre Cupole nella nostra Città: che godendo nell' erezione delle loro parti la quiete, si sono disciolte con apparenza di crepature irregolari.

Tutto diuerso è seguito nella nostra Cupola Vaticana, che fà pompa di se stessa colla sua sincerità, rimanendo libera in quel pelo, publicato da chi non hà auuto conoscimento del modo tenuto nella composizione per crepatura. Onde da più corpi di muro, che compongono la Cupola, si rende singolare questo pelo, e dalla perfezione del Composto di vn sì vasto Edifizio. Dal suo disarmamento nell' atto di renderlo alla quiete, e suo assetto, non è muraglia, nella quale si sia scoperto altro che questo vnico pelo, che hà principio da vna porzione del Tamburo, e proseguisce fino à vna parte del Sesto della Cuppola interiore. E' però in tutti gli altri suoi termini, e parti, sodo, fermo, e stabile; in modo, che rende perpetuità à sì gran Mole; poiche se la medesima vacillasse nelle basi del suo sostentamento, si vederebbero apparire i segni che non si scorgono nella parte più gelosa degli Arconi, e dell' occhio del Lanternino. E' dunque assistito tutto il Composto così fedelmente, che viene à distruggere li nociui accidenti dell'apertura, e rende sicura la fermezza di sì grand' Edifizio per l' alto intendimento, e per la disposizione, con cui si è eretto da Vomini così insigni, come si è dimostrato più particolarmente nel Capitolo antecedente, doue si tratta della medesima Cupola, e de'modi pratticati per la sua sostruzione.

Che quell'Edifizio si sia messo in stato di quiete, non è da mettersi in dubio, mentre se ne hà la certezza dalle qualità della fessura, che dalla sua origine fino al presente, non hà mai dato segno di nouità; oltre l'essere rimasta intatta la Cupola esteriore; se fosse la supposta crepatura originata da mobilità de' fondamenti, sarebbero apparsi maggiori difetti nella detta Cupola esteriore, come più lontana dalla causa, cioè dal centro alla circonferenza. E si come la permanenza del Tamburo, e la vestitura degli Ornati riportati dopo l'assetto, risiedono fermi; così se vacillassero, si vederebbero scomposti da' loro liuelli.

te, non id modo, sed Hemisphærium, ac supereminens Laterna mirabilem semper immobilitatem præsetulere, singulis prorsus eorum partibus illibatis; quod Diuinæ potiùs opi, quàm humanæ Architectorum solertię beneficium putemus referendum. Quinimmò priusquam vllum discrimen pertimescatur, è solutis Fabricæ coagmentis, emanantem hiatus solent perniciem ominari. Quod fatum alia Vrbis sortita comperiuntur Hemisphæria, quæ licèt primùm excitata minimè vacillarint, beantes tamen postmodùm scissuras prodidere.

Hæc tenus verò immunis Vaticanus à perniciosis hiatibus permansit Tholus, exilem duntaxat ostentans rimulam, quam firmissimæ compaginis nescius olim quis relaxationem prædicauit. Nec mirum videatur nemini, quod in tantis Parietum, vastisque Hemisphærij Molibus optimam ipsius conflantibus structuram, atque in submouendis tot vndique fulcimentis, hæc vna tam exigua à Tympano ad intimi Tholi partem rimula percipiatur; cum cætera integram vbique firmitatem consequantur. Sin autem paululùm tanta nutaret Moles, nonnulla nutationis indicia cum Arcus, tum Laternæ culmen procul dubio manifestarent. Nullæ igitur relaxatæ, ast vbique partęs integerrimæ gloriosam prędsagiunt Basilicæ perpetuitatem, à singulari Opificum industriâ & sagacitate laudabiliter conciliatam; vti antehàc innuimus, cum de Tholo, & illius actum costructione.

Vniuersam denique coagmentationem, suam quietem iamdudum adeptam, fissuræ genus exhibet, quòd nullam ei à primordio accidisse varietatē, illęsumq; Tholum intueamur. Si enim è compagis solutione exhiaret commissura, grauius sanè in Hemisphærium redundasset detrimentum, quippe maius ab ortu illius, causâue, tanquam à centro ad Peripheriam spatiū intercedat. Et quemadmodum Tympanum, adiectique post subsidentiam ornamentis immobiles persistunt amictus, ac illibati, si tantisper fluctuarent fundamenta, non ad priorem libellam immota diù constitissent.

CAPVT XXII.

De quatuor minoribus Hemisphærijs, quaternos Templi angulos decorantibus.

QVippè imarum ambulationum, Orthogonici Fani angulos insignientium, ambitus, haud multùm quatuor Hemisphæria sinunt explicari: quò idoneæ, & altitudini consonæ adhiberentur dimensiones, Regijs Parietibus, Templo circumstructis, erigi vetuerunt editiora. Idcircò, ea ne fortè euaderent obscuriora, solertiâ vsus est Bonarota, in recta, sinuosaque partibus componendis.

Exinde non Tympano solùm, sed & Tholo eurithmiam, lucemque affudit copiosam. Illud ex apertis sagaciter ostijs, viuidum haurientibus fulgorem, atque ex Solaribus radijs, Hemisphærium peruadendo, variè contemperatis, impetrauit. Cum tamen haud satis adscititio splendore picturas suspicaretur illustrari, proiectiores adhibuit flexuras, aliosq; ornatus, quibus ipsa queant planè distingui. Quia verò egregiam ista præseferunt industriam; eadē autumauimus orthographicè delineanda; quibus circularia interualla, super amplioribus minorum ambulacrorum Testudinibus, Tympani planum occupantia, consultò adiecimus. Quæ tamen, propter occultos situs, non ita oculis obuia, siuè intus ea, siuè extus intueamur, in sequenti exhibentur Iconismo, vt omnes, etiam infimæ sortis partes, non fortuito, sed mirabili prorsus industriâ, intelligant elaboratas.

Regulæ, seù Canones in distribuendis partibus vsurpati.

INane Tympani Laxamentum, seù pars in Sphæram circumducta perpendicularis, palmos $66\frac{2}{3}$. comprehendit.

Tympanum, addito stylobatē, ad summam Coronicem, 34. palmos, seù dimi-

diam

CAPITOLO XXII.

Delle quattro Cupole minori negli angoli delle quattro Nauate minori dentro il Tempio.

COme da gli ambiti dell'ambulazioni inferiori della quadratura del Tempio, viene prescritta la moderata ampiezza, e Vacuo delle quatro Cupole, per osseruare le douute proporzioni concernenti all'eleuazioni, hanno perciò vietato il solleuare le loro eminenze sopra le Pareti Reali, che circondano il Tempio.

Per tal'obligazione, e per non incorrere ne' communi difetti di oscurità, il Buonarota schermì sì nella dispozione della parte dritta, come dell'arcuata; e ne procacciò non solo la regolata proporzione del Tamburo, ma anche del sesto della Cupola, con vn'ottima illuminazione. Procede questo dalle collocazioni de'fori, che prendono il viuo de'lumi, & altri introdotti nel Sesto della Cupola, secondo la penetrazione de'raggi Solari, che combinati insieme vi communicano la chiarezza. Dubitando poi, che il lume procacciato non fosse di quella viuezza sufficiente, per scorgere in quelle distanze le Pitture, vi aggionse costole, e riguardi, con altri ornamenti, che le rendono chiare, e visibili con tutta sodisfazione. E perche queste sono fra le industriose parti del Tempio, ne abbiamo nella seguente Tauola delineato il Profilo, come anche di quei Vacui circolari, che sono nel Piano del Tamburo, risiedono sopra le Volte maestre delle Nauate minori; quali per esser ignote alla vista, sì di dentro, come di fuori del Tempio, à cagione delli occulti loro luoghi, e poco pratticati, ne abbiamo date le dimostrazioni, per far mirare, che anche le infime parti del Tempio sono piene d'artifiziose opere, collocate non à caso, ma tutte con industria marauigliosa.

Regole tenute nella disposizione.

IL Vano del Tamburo, cioè la parte Sferica perpendicolare è di palmi $66\frac{2}{3}$.

L'altezza di esso Tamburo, compreso il primo Piedestallo, fino alla cima della Cornice è di palmi 34; cioè la metà del diametro.

Il Piedestallo sopra la Cornice, che serue

di

di dritto, e per imposta alli Costoloni è alto palmi 6 $\frac{2}{3}$.

Dal Piano del Piedestallo sopra la linea del Cateto, sino sotto l'Occhio della Cupola sono palmi 33 $\frac{1}{3}$. cioè il tutto Sesto.

Dal di sopra della Cornice degli Arconi sino sotto l'Occhio della Cupola, nella linea del Cateto, vi sono palmi 74; cioè quasi la decima parte di più della linea diametrale del Vano.

Le Finestre sono di vano palmi 6. alte palmi 12; cioè due quadri; l'altre sono di figura quadrata, e tonda.

L'Architraue, Fregio, e Cornice, che risiedeno sopra l'ordine Corintio del Tamburo, hanno insieme di altezza trà la quarta, e quinta parte dell'altezza del Pilastro con Base, e Capitello.

Questi Ornati sono moderati nelle loro proietture, acciò venghino meglio godute le loro parti.

CAPITOLO XXIII.

Delle Cupole, che risiedono esteriormente sopra il Tempio nello Spicco del Tamburo della Cupola magiore.

COme restauano imperfetti quelli Piani, sopra il Tempio, frà il confine delle Pareti Reali, fino allo Spicco del Tamburo maggiore: sotto de'quali risiedono in tale distanza l'antecedenti, e descritte quattro Cupole, ignote alla vista esteriore. Per euitare tali imperfezioni, & altri cattiui effetti, cagionati dagli stillicidij, che iui superiormente cadeuano, à danno notabile di quelle, fù proueduto, con ergerui ripari di figura ottangolare attorno, per difesa dall'acque. Sopra due di questi furono erette le Cupole, che esternamente sono di otto faccie, e dentro circolari, e fanno la sua comparsa verso il prospetto del Tempio, e nella parte posteriore restano à finirsi.

In oltre patiua l'occhio nel vedere quel continuato Piano; si che con l'erezione delle quattro Cupole soprapposte, viene prouisto non solo alla difesa dell'acque, ma anche si contribuì vn nobile ornamento, che hà concesso all'occhio

diam diametrum, in sublimè excitatur.

Stylobates Coronæ eminens, tanquam membrum rectè porrectum, ac emergentiũ Pteromatum Incumba, ad palmos 6 $\frac{2}{3}$. assurgit.

A Stylobatæ Plano, cum Catheti linea coeunte, ad summi hiatum Hemisphærij, palmi 33 $\frac{1}{3}$. perinde ac in Sphærico ambitu, intercedunt.

A summa Arcuum Corona, ad imum Tholi Ostium, in Catheti linea, palmi 74. decima nempe circiter parte, Laxamenti diametrum excedentes, procurrunt.

Fenestræ palm. 6. latæ, duplam sibi vendicant sublimitatem; aliæ verò quadratam, aliæ orbicularem imitantur formam.

Epistylium, Zophorus, & Coronix, ordini Corinthio Tympani insidentia, quartam inter, quintamque Parastatæ, Spirâ, & Capitulo exornatæ, partem sibi vsurpant.

His Ornamentis modicè proiectis, sese partes singulæ meliùs præbent conspiciendas.

CAPVT XXIII.

De Tholis exteriùs Templo, ac enascenti maioris Hemisphærij Tympano eminentibus.

SPatia Regios inter Parietes, ac maioris Tympani emersionem interiecta, quæ, ad hoc interuallum, quatuor extrinsecùs rudiores subeũt Tholi, ornatius expostulabant opus. Quò igitur hæc vitia, aliaque stillicidiorum subterfugerent detrimenta, octadra quædam repagula, à Tholis imbres amouentia circircumstruxere. Istorum geminis innituntur Hemisphæria extus octogona, intus verò in orbem sinuata; quæ, posticis nondum ad finem perductis, eundem cum Fano prospectum consequuntur.

Prolixius illud spatium iniucundè prorsus oculos afficiebat; at adhibitis quatuor Hemisphærijs, non modò aquarum arcentur damna, sed inde elegantissimum ema-

nauit ornamentum; adeòut pars Templi ſublimior egregiam planè (vt antehàc innuimus) impetrarit commodulationem.

Duo hæc Ædificia exteriùs lapis Tiburtinus, interiùs autem Lateritius compingunt: atque Teſtudinum duplicem aliam, ſimplicem alteram idem cęmenti genus conflauit. Tympanum in Polygonis altiores octo diſtingunt proiecturæ; quæ tanquam fulcimenta, Columnis, cum Baſi, & Capitulo Corinthijs, Epiſtylio, Zophoro, & Coronice Ionicis, latè porrectis, vt cœteris quoque Tholis lux affulgeret ſplendidior, inſigniuntur. Laterna demum, haud abſimilem Tympano ſymmetriam præſeferentis Baſim illis nobiliorem ſuppeditat Coronis.

Ipſius itaque cum extima, tum intima ſpecies, in ſequenti exhibentur Diagrammate, ſcilicet in quarta parte totius Ichnographicæ delineationis: in qua ſumma Vignolæ eluceſcit peritia: quippe ſpectator in vtraque Mole perfectam vtiq; Eurithmiam demiratur.

Regulæ, & Menſuræ.

IN Tympani Laxamento diametrali palmi 59. ab eodem enaſcente ad ordinis Coronam palmi 56. vna ſcilicet penè dia meter continetur.

Ab ipſa Coronice, ad ſurſum erumpens Hemiſphærium, palmi 11 $\frac{1}{4}$. quinta nimirum Laxamenti pars, excurrunt.

Inane Tholi Interuallum palmos 59. in latitudinem, totius verò eiuſdem Complexus altitudo 29 $\frac{1}{2}$. palmos dilatatur.

Exterioris Tympani Columnæ in Scapo trium, & $\frac{5}{12}$. palmorum denſitatem, Spirâ tamen, & Capitulo adiectis, palmorum 33; ſeù diametrorum nouem, & $\frac{3}{4}$. obtinent proceritatem.

Epiſtylium, Zophorus, & Coronix ſimul palmos 7 $\frac{1}{2}$. inter quartam videlicet, quintamque Columnæ, Baſi & Capitulo adautæ, partem ſibi vendicarunt.

vn vago contorno; in modo che la parte ſuprema dell'Edifizio compariſce con la douuta ſimetria, come meglio già per auanti ſi è ſpiegato.

Queſti due Edifizij ſono compoſti eſteriormente di pietra Tiburtina, e dentro di ottimi mattoni: le Volte ſono anche di ſimile materia, vna doppia, l'altra ſemplice. Il Tamburo viene interrotto ne Poligoni da otto gran riſalti, che fanno ſprone al ſoſtenimento; e ſono ornati di Colonne, con Baſe, e Capitello Corintij, Architraue, Fregio, e Cornice Ionici, con ſpazij molto ampli: acciò ſia abondante l'introduzione del lume, che ſi communica all'altre Cupole.

Viene perciò nel ſeguente Rame dimoſtrata la forma, tanto della parte eſteriore, come dell'interiore, con vna quarta parte della Pianta. Si riconoſce in queſta diſpoſizione l'intelligenza, che ebbe il celeberrimo Vignola Architetto: mentre ſono le parti del compoſto così armonioſe, che gli ſpettatori ammirano la totale perfezione di queſti due Edifizij.

Regole, e Miſure.

IL Vano del Tamburo nella linea diametrale è palmi 59. alto detto Tamburo dallo Spicco d'eſſo fino ſopra la Cornice dell'ordine palmi 56; cioè quaſi il quadrato.

Dalla detta Cornice fino doue comincia il Seſto della Cupola palmi 11 $\frac{1}{4}$; cioè la quinta parte del Vano.

La Cupola è di vano palmi 59. la ſua eleuazione è di tutto ſeſto, cioè palmi 29 $\frac{1}{2}$.

Le Colonne eſteriori del Tamburo ſono groſſe nel Viuo palmi 3 $\frac{5}{12}$. alte con Baſe, e Capitello palmi 33; cioè Teſte 9 $\frac{3}{4}$.

L'Architraue, Freggio, e Cornice alti aſſieme palmi 7 $\frac{1}{2}$; cioè trà la quarta, e quinta parte della Colonna, con Baſe, e Capitello.

Proſpe-

Proſpectus quatuor Orbicularium Tholorum in Alarum minorum Templi Angulis, cum ſuperioribus externè Tholus.

QVATVOR THOLORVM INDEX.

A Ingentes Fornices dictos Tholos ſuſtinentes.
B Feneſtræ maximæ Alas Templi dilucidantes.
C Tholorum Tympanum.
D Eorundem inane.
E Ob lumen variæ Feneſtræ.
F Fiſſura ocularis immobile lumen reddens.
G In minoribus Templi Alis Fornices.
H In præfatis octanguli Vacui.
I Propter lucem ſuperior feneſtra.

SVPERIORVM THOLORVM INDEX.

K Octangulus Stylobata.
L Super Fanum Planities.
M Per dictam planitiem in Tholos ingreſſus.
N Scalæ paruulæ.
O Inane, Tympanumque.
P Super partem quaſi geminatam Tholus.
Q Paruula Hemiſphærij Laterna.
R Quarta Iconis pars.
S Stylobatæ Cimatium) cum menſuris.
T Columnarum cum Capitulo Baſis.) cum menſuris.
V Zophorus, Coronis, & Superlimare.) cum menſuris.
X Secundi Ordinis Cimatiũ.) cum menſuris.

PROFILO DELLE QVATTRO CVPPOLE TONDE NELL' ANGOLI DELLE NAVATE MINORI DEL TEMPIO CON LE SOPRA CVPPOLE CHE SPICCANO ESTERIORMENTE
Scala di palmi 70. Romani.
10 20 30 40 50 60 70
Quarta parte della pianta della sopra Cuppola
INDICE DELLE 4. CVPPOLE
A Arconi che reggono le dette Cuppole
B Finestroni che danno lume alle nauate
C. Tamburo delle Cuppole
D. Vano delle dette Cuppole
E. Finestre ò sfori quadri e Tondi che sominist.º il lume
F. Occhio che introduce il lume morto
G. Volte sopra le nauate minori sudette
H. Vacui ottangolari sopra le dette uolte
I. Apertura superiore per il lume
INDICE DELLE SOPRA CVPPOLE
K. Piedestallo ottangolare
L. Piano sopra il Tempio.
M. Ingressi da detto piano alle Cuppole
N. Scalette attorno
O. Vano e Tamburro
P. Cuppola sopra parte semidoppia
Q. Lanternino che li fà finimento
R. Quarta parte della pianta
S. Cimasa del Piedestallo
T. Basa delle Colonne con capitello
V. Architraue freggio è Cornice
in maggior proportione con le misure
X. Cimasa del 2.º Ordine
Eques Carolus Fontana Delin
Alex. Specchus Sculp.

CAPVT XXIV.

Normæ ad Tholorum tam simplicium, quam duplicium constructionem.

IN nobilioribus Fanorum partibus, Tholis videlicet excitandis; copiosam præ cœteris, affluere materiem, est enitendum, quò firmiùs ijdẽ sustineantur; Cuius rei in Vaticano, alteroque Templi, Beatæ Virgini Lauretanæ dedicati, ad Traianam Columnam Hemisphærijs meminere, primùm Bramantes Lazarus; qui cum istud scitè delineauit, tùm Andreas Sansouinus promouit, & Antonius à Sangalli Fano perfecit; Epitholium verò Iacobus Ducensis, arte à Bonarota imbutus, extruxit. Posteà Sacellum Nobilissimæ Ciborum Prosapiæ, in Beatæ Mariæ, à Populo appellatæ Ecclesia, à nobis exaratum; in contemplandis enim extus eorum duplicibus Hemisphærijs, intusque, summa oculi afficiuntur voluptate: quo simplices Tholi priuilegio deficientes, ac venustate pro viribus ablegandos existimamus. Etenim licèt Diui Andreæ Vallensis, Diui Caroli, Cursorio tramiti adiacentis, & S. Agnetis Hemisphæria, suam extrinsecùs præseferant elegantiam, intrinsecùs tamen acuminatiora, communi cœteris carent lepôre. Econtra Fani, Iesu Christo consecrati, Tholus plurimam intus, extus modicam pulchritudinem ostentat, propter depressam nempe interioris curuaturæ sublimitatem.

Verùm Templa sæpius ob ærarij penuriam, aut suis nundum obducta integumentis, & circumiectis iam parietibus, ac fulcimentis, duplicium insolentia, nonnisi simplices admittunt Tholos; sicuti in Diuæ Margaritæ ad Montem Fisconem, & Sanctissimæ Miraculorum Deiparæ, Tholorum constructione, planè comperimus; quippe graciliores muri duplicem minimè tolerarunt; vnicum idcirco, ob nimiam parietum gracilitatem, sed tali flexurâ sinuatum adiecimus, vt tam extra, quàm intraspicientes nihil

CAPITOLO XXIV.

Regole per le Cupole semplici, & effetti di esse, e dell'altre doppie.

NON deuesi anteporre la parsimonia à quella liberalità di materie, che si deue alle sostruzioni da destinarsi per reggere la più nobil parte delli Edificij Templari, che sono le Cupole doppie, acciò dalle abondanti materie se ne otteni fidato sostegno, in quel modo del Vaticano, e l'altro del Tempio dedicato alla Santissima Vergine di Loreto alla Colonna Traiana, che fù il primo pensiero di questa di Bramante Lazari, ridotta da Andrea Sansuini, terminata da Antonio Sangallo, la Lanterna di Giacomo del Duca allieuo del Buonaroti; e susseguentemente la Capella della Nobilissima Famiglia Cibo fatta con nostro disegno nella Chiesa di Santa Maria del Popolo, mercè le loro dupplicate Cupole ci somministrano quel bel pago di vista, tanto esteriore, come interiore per vietare più che si puole quelle vniche, che non permettono totale abilità per la somministrazione sudetta, come si riconosce in quelle di Sant'Andrea della Valle, Sant'Agnese, e San Carlo al Corso, che per essere d'vna sola, comparisc ono bensì di bella gratia di fuori, ma dentro acute, e incommode al vedere; e viceuersa quella del Giesù, che di dentro piace, ma di fuori non dà quella grazia, che vorrebbe l'occhio, à causa della poca eleuazione obligata al Sesto di dentro.

Ma perche le scarsezze de'denari, ò per trouarsi li Tempij scoperti con sostegni, e muri già fatti, non habili à reggere le dupplicate, escludono queste il perfetto finimento, come successe à Noi in quelle di Santa Margarita di Monte Fiascone, e l'altra in Roma della Madonna Santissima de'Miracoli, per essere i muri scarsi di quella habilità necessaria per le due, fossimo necessitati ad ergere queste à vna sola, secondo comportaua le forze de'prefati muri, con tutto ciò furono queste erette, e disposte con tale Arcuatura, ò Sesto, e Contorno, che resta nulladimeno appagato l'occhio tanto di dentro, come di fuori diuersamente dalle sopraccennate, che tolgono questa generalità.

Che perciò nelle seguenti Tauole vi è scolpita la Regola da Noi inuentata, e pratticata in molte altre Cupole, & in particolare in quella, che copre la Cappella del Collegio Clementino di nostro disegno, sono riuscite di vn Contorno piaciuto tanto à gl'Architetti, come à Pit-

Pittori, mediante questo gradimento ci hanno dato motiuo d'esporla à beneficio publico: Con tutto ciò esortiamo Noi li Direttori di simili nuoui Edificij à disporli in modo habili à sostenere le due Cupole, che sogliono concedere non solo il migliore garbo, ma la difesa magiore d'essi contro l'ingiurie de' Tempi.

nihil in eis, secus ac in præcitatis, desiderare videantur.

Quapropter excogitatam à Nobis methodum sequentibus inscriptam Iconismis exposuimus; quam vtique adhibuimus in ædificandis huiuscemodi plerisque Hemisphærijs, eo potissimùm, Clementini Gymnasij Sacellum operiente. Quæ à Nobis delineata, cum & Graphicæ, & Architectonicæ artium peritissimis magnopere arrisere, tum & ipsi, Nos publico Beneficio, & Opificum desiderijs cupidissimos indulgere, ad euulgandum vehementer permouerunt. Maiorem itaque in modum exoptamus, huiusmodi Moles fabricaturos solidioribus vti fulturis, quæ duplicem haud respuant Tholum, & aspectu elegantiorem, magisq; noxij temporis iniurias amolietem:

Regola dell'Autore per construire li Tamburri, e Cupole semplici con Lanterne.

DEstinato, che sarà il Vano della Cupola, e Cornicioni sopra gl'Arconi con il Zoccolo, la metà della linea Diametrale constituirà l'Ornato esteriore del Tamburro A; la di cui altezza si diuiderà in parti quattro; trè de quali s'assegnaranno all'Ornato de'Pilastri, Base, Architraue, Fregio, e Cornice, come in B; e la quarta al Piedestallo C, quando però lo permetteranno l'eleuazione de' Tetti, il che non hà Regola.

Auctoris præcepta ad Tympana, & Tholos simpliciores, cum eminentibus Laternis substruendas.

INani Hemisphærij laxamento, & Coronice Arcubus insistente, ac Stereobata designatis, lineæ diametralis medietas exteriùs determinat Tympani A, ornamentum, Crucis altitudine quadripartita; Parastadû, Basis, Epistylij, Zophori, & Coronicis ornamentum tres, vti in B, sibi partes vindicabit; quarta verò Stylobatæ C, non id renuente Tectorum celsitudine, nullis terminata limitibus attribuitur.

Ornato interiore del Tamburro.

DIuidesi la linea Diametrale per metà, alzata sopra l'altezza del primo Piedestallo constituirà l'Ornato con il Piedestallo superiore come in D.

Intimum Tympani ornamentum.

LIneæ Diametralis medietas humiliori eminens Stylobatæ, & Ornamentum, & Stylobatem constituet excelsiorem; sicut in D.

Grossezza del Tamburro.

DIuidesi la linea Diametrale in parti diecì; vna delle quali constituirà la grossezza del Tamburro, come in E; e trè parti di questa grossezza constituirà il Muro, che fà nascimento alla Cupola, come in F.

De Tympani densitate.

LIneâ Diametrali in denas partes distributâ, harum alteram Tympani densitas, velut in E, tres verò Muri crasities, Tholi radices excipientis, tanquam in F, expostulabit.

Sesti | De

De Flexuris.

DVodenarum inanis Laxamenti partium, alteram, vt in G, recti altitudine sibi arrogante, in Cathetum intercidente H, totius Flexuræ centrum I, statuetur, binæ verò perimetrum K, circumscribent, ad oculum, seù Epitholij apertionem definiendam: cuius quadrifariam scissa diametro, interſecans L, interioris Peripheriæ continet centrum, altera autem M, exterioris ambitûs excipit vmbilicum; istius demum tripartita sublimitate, pars vna retinaculis N, erogatur.

Epitholium.

DImidium Tholi laxamentum peripheria O, impetrat, quâ Laternæ (Æneo Globo, Cruceque demptis) altitudinem complectente, ternæ ambitus diametri laxamentum dimetiuntur.

Extima Laternæ ornamenta.

INter lineam R, & alteram S, diametrũ P, permeantem, ambasque ad libellam porrectas, interiectum spatium, in sex modulos dispensatur; quorum alterum Epitholij Sterobatæ, Capitulo alterum, alios quatuor Epistylio, Zophoro, & Coronici T, impertimus; quorum altitudo quartam inter, quintamque Parastatæ, Basi, & Capitulo decoratæ, vt in V; & X; partem intercedit.

Sequentium Tholorum Laxamenta, & Canones ad Parietum, Tympana efformantium densitatem.

SAnctæ Margaritæ ad Montem Fisconem Hemisphærij inane laxamentum palm. 115; vt in AB; & muri densitas 13 $\frac{1}{4}$. palmos, nonum scilicet inanis spatij modulum emetitur.

Sancti Andreæ Vallensis Tholi laxamentum 74 $\frac{1}{2}$. palmos, vt in Æ; & muri crassities 7 $\frac{1}{2}$. palmos, decimam nempe laxamenti mensuram est consecuta.

Sesti.

VNa delle parti dodeci del Vano si darà nell'altezza del dritto, come in G; e nell'interſecante del Catetto H, sarà punto del tutto Sesto I; e due delle dodeci parti constituiranno la Circonferenza K; per l'apertura dell'occhio della Lanterna, il cui diametro diuidesi in parti quattro nell'interſecante L; sarà punto del Sesto interno, e nell'altro M; sarà punto del Sesto esterno, l'eleuatione del quale diuidesi in parti trè, vna delle quali sarà il luogo delle Catene segnato N.

Lanterna.

LA metà del Vano della Cupola constituirà la circonferenza O; la quale assegnarà l'altezza della Lanterna senza la Palla, e Croce, e numero trè diametri sopra il tutto Sesto constituiranno il Vacuo.

Ornamenti esteriori della Lanterna.

DAlla linea Orizontale R; all'altra S; che passa nel Diametro P; diuidesi in parti numero sei; vna seruirà al Zoccolo del Cupolino, vn'altra al Capitello, le altre quattro all'Architraue, Fregio, e Cornice T; che saranno alte assieme frà la quarta, e quinta parte del Pilastro con Base, e Capitello, come V; & X.

Vano delle seguenti Cupole, e Regole per la grossezza de'loro Muri, che li fan Tamburro.

CVpola di Santa Margarita in Monte Fiascone di Vano palmi 115; come AB; grosso il muro palmi 13 $\frac{1}{4}$; cioè circa la nona parte del Vano, perche il muro è di Tufi.

Cupola di Sant'Andrea della Valle di Vano palmi 74 $\frac{1}{2}$; come Æ; grosso il muro palmi 7 $\frac{1}{2}$; cioè circa la decima parte del Vano.

Cupola della Madonna de'Miracoli di Vano palmi 78 $\frac{3}{4}$; come Æ; grosso il muro pal-

mi 7$\frac{2}{3}$; cioè circa la decima parte del Vano.

Cupola del Giesù di Roma di Vano palmi 78$\frac{1}{4}$: come AD, grosso il Muro pal. 7$\frac{3}{4}$; cioè circa la decima parte del Vano.

Cupola di San Carlo a' Catinari di Vano palmi 72; grosso il muro palmi 7$\frac{1}{4}$; parimente circa la decima parte del Vano.

Auertimenti.

Li Muri, che deuono reggere le Cupole semplici, se saranno di ottimo lauoro di Mattoni doueranno essere le loro grossezze, almeno la decima parte del Vano di esse.

Li Muri, come sopra, se saranno d'inferior qualità di Cimento, cioè di Tufi, ò Pietre, doueranno essere le loro grossezze almeno la nona parte del Vano.

Li Muri, come sopra, che doueranno reggere Cupole doppie, doueranno essere più abondanti di grossezza delle sudette, secondo sarà giudicato dal Professore.

Beatæ Mariæ, à Miraculis dictæ, Hemisphærij inane spatium 78$\frac{1}{4}$. palmos, vt Æ, paries vero 7$\frac{2}{3}$. palmos, siuè decimam inanis partem exæquauit.

Fani Iesu Christi Tholus inane 78$\frac{1}{4}$. palmorum, vt in AD; & paries 7$\frac{3}{4}$. palmorum crassitudinem, seù decimam inanis partem vsurpauit.

Diui Caroli, iuxta viam Catinariam, Tholus, palmorum 72. laxamentum, & murus 7$\frac{1}{4}$. palmorum densitatem, seù decimam illius partem sortitur.

Quædam notatu digniora.

PArietes Tholis simplicioribus consulciendis destinati, si è lateribus fuerint validè compacti, subdecuplam saltem eorum obtinebunt densitatem.

Sin ignobiliori materie parietes, cæmentis videlicet, seù Tophis, aut Lapidibus constructi, subnoncuplam saltem inanis crassitiem assequuntur muri denique duplices Tholos moderaturi, præcitatis densiores compingentur.

Icon Prima.

Demonstrationes, Regulæque ad Tholos simplices construendos.

I N D E X.

A Ornatus Tympani altitudo, & Fenestrarum situs.
B Basis, Pila, Superliminare, Zophorus, Corona continentes tres partes.
C Stylobatæ altitudo vnam ex quatuor partem continens.
D Circularis linea altitudinem Stylobatæ superioris constituens.
E Tympani crassitudo, ideſt decima inanis pars.
F Ortus Tholi crassitudo, ideſt tres ex quatuor partes Tympani.
G Tholi directio vna duodecima Vacui pars in altitudine eſt.
H Punctum medietatis Circuli dictum *tutto Sesto*.
I Medietas Circuli.
K Oculi Hemisphærij Diametrus.
L Punctum Circuli dimidium, ideſt *il Sesto* constituens, vel internam Centinam.
M Punctum præfatum *Sesto*, vel Centina exterior constituens.
N Vna ex tribus partibus eleuationis exterioris *Sesto*, & Laternarum loca.
O Circumferentia Hemisphærij altitudinem constituens.

Icon Secunda.

Demonſtrationes, & Regulæ ob Hemiſphæria conſtruenda.

INDEX,

P Tres Diametri ſuperius Sextum conſtituentes, & Hemiſphærij Vacuum.

Q Inane dandum medietati Circuli dictæ *tutto Seſto*.

R Diametralis linea Circumferentiæ O.

S Linea Diametrum efficiens in P; & conſtituens inter R, & S, Pilarum terminum.

T Sex partes Ornatuum diuiſiones aſſignantes.

V Pilarum altitudo cum Baſi, & Capitulo in quatuor partes diuiſa.

X Præfata altitudo in quinas partes diuiſa.

Z Superliminare, Zophorus, & Corona inter quartam, & quintam partem.

1 Laternæ Proſpectus.

2 Hemiſphærij diuiſio.

3 Icnographia dictæ Laternæ.

4 Periphæriarum proſpectus.

Settione del Cuppola
Tamburo è lanterna
Settione della Centina ò Sesto
Pianta del Tamburo
DIMOSTRATIONI E REGOLE PER CON=
STRVIRE LE CVPPOLE SEMPLICI.
Indice
A. Altezza dell' Ornato del Tamburo, e loco per le finestre.
B. Base, Pilastro, Architraue, Fregio, e Cornice, che contengono parti tre.
C. Altezza del Piedestallo, che contiene parte una delle quattro.
D. Linea Circolare, che constituisce l'altezza del Piedestallo Superiore.
mioris Tympani altitudinem; Cœlestium deníque Simulacra in excelsioribus Ædiculis, & absidibus, Iouis præsertim, supremam inter Væsanos Ethnicorum Deos, dignitatem impetrantis, collocabant, altiore propterea situ non indiguere. Romana etiam Respublica inanes exterarum Gentium excoluit Deos quò vniuersorum studia sibi conciliaret, ac beneuolentiam. Verùm quoniam sancitis anteà legibus in Vrbe admitti vetitum erat, idcircò Fanum extra Ciuitatem in demissiore loco substruxere, non ad idoneam duntaxat Numinum collocationem, verùm quia non ita tunc Tyberis alueo assurgente, aquarum minimè extimescebant eluuionem.

Quæ à Pauimento ad Tholi Incumbam intercedit altitudo, subiectam demonstrat obductam planitiem, nequeunte scilicet oculo ad idoneam amplissimæ Testudini distantiam exspatiari, vt iucundissimam ordinis Corinthij contempletur elegantiam. Vnde egregia partium, ornatuumque symmetria, quam Attici analogiam, Vitruuius Eurithmiam nuncuparunt, interturbatur; ex quibus facilè perspiciatur veterem situm humiliorem, circumiectis intus suppedaneis instructum, consolidatæ humo incubuisse; è qua gradus ijdem ad supereminentia adreperent loculamenta; quorum inania Infernalium Deorum signis, pro Veterum consuetudine, summa in cellis, Scaphisue Numina constituentium illustrabantur.

Lib.1.c.5.

perta, collocare li Dei Infernali, e gli altri Terrestri nel sorgere dell'eleuazione del Tamburo. I Celesti erano collocati in quelle Edicole, e Tabernacoli più eminenti; in specie il Simulacro di Gioue situato più alto, cioè nella Tribuna del Tempio, come Nume frà questi il più supremo. Frà quelle vane Deità stimò bene la politica della Republica Romana di adorare anche li Dei forastieri, per cattiuarsi la beneuolenza dell'Vniuerso. Ma perche non permetteuano di collocarli dentro la Città; fecero perciò questo Tempio all'ora fuori di essa; il Piano del quale fù costituito, come sopra, nella detta bassezza: non solo per la necessità di bene disponerui li predetti Numi; ma anche perche essendo all'ora il Teuere più basso, rendeuasi più sicuro il Piano del Tempio dall'immersioni di esso.

L'altezza, che dal Pauimento presente, all'Imposta della Cupola, si scorge nell'entrare del Tempio, indica essere rimasta coperta la parte più profonda di esso, mancando all'occhio la douuta eleuazione, che richiede il vasto di quella Volta, e sua Arcuatura, da quell'antica sueltezza, di proporzione Corinthia: come di tale fù anche dopo adornato. Togliesi anco da questa mancanza, sottratta dal riempimento, la simetria del suo Composto, insieme con le parti, & ornamenti di esso, che lo vestono. Queste proporzioni sono chiamate, Analogia, ò vero Euritmia, secondo la spiegazione, che fà Vitruuio: rendendosi necessario, che nella di lui parte occultata, contenesse il destinato, & antico posamento del Tempio, con suoi Scaloni, che lo circuiuano internamente, posando sopra l'originario Piano plateato. Dal Liuello di questo s'inalzauano quasi all'eleuate Nicchie i predetti Scaloni, ò gradi: sotto li quali auessero i Vacui ripartiti, per collocazione di quelle Deità Infernali, secondo la falsa osseruanza di quel Gentilesmo, che costumaua assegnare anche à gli Dei Magni la Cella, ò vero Nicchia.

Lib.1.c.5.

Ichno-

Ichnographia, Pantheique proſpectus iuxtà eius Romanæ Rei-publicæ temporibus primum, & vetuſtum ſtatum.

INDEX.

A Aſcendentes Templi ingreſſum gradus.
B Externa, & lateralia in Templi aſpectu Loculamenta.
C Laterales Portę ad paruas Scalas conducentes.
D Scalæ ad Templi vſum.
E Ingreſſus, Templique præcipuæ Ianuæ.
F In Templo quadrata Loculamenta.
G In Templo Loculamenta circumeuntes.
H Illorum Idolorum variæ Ædiculæ.
I In Templo circulare ambulacrum.
K Loculamentum, in quo Iouis Signum permanebat.
L Scalæ ſubterranea loca Inferis Deis dicata deſcendentes.
M Concauum Lithoſtratos, quod Aquas ad ſubterraneas Cloachas ducit.
N Coronæ Templum ex parte circumdantes, & eius Sagoma demonſtrat primum, & iuxtum modum ſine marmorum ornatu.
O Scalæ ingentes, & Fornix Templum celans.
P Vacua ob Fabricæ parcitatem, & tremorum Terræ exhalationem.
Q Area maxima ſub Templum.
R Oculus Templum illuminans.

PIANTA E PROSPETTO DEL PANTEON NEL SUO PRIMIERO STATO IN TEMPO DELLA REPUBLICA ROMANA.
INDICE
A. Gradini, che saliuano all' ingresso del Tempio.
B. Nicchie esteriori e laterali al prospetto del Tempio
C. Porte laterali, che conduceuano alle Scalette.
D. Scale, che seruono per uso del Tempio.
E. Ingresso, e Porta maestra del Tempio.
F. Nicchioni quadri dentro il Tempio.
G. Nicchioni circolari dentro il Tempio
H. Edicole diuerse per quelle false Deità.
I. Ambulatorio circolare dentro il Tempio.
K Nicchia doue risiedeua la Statua di Gioue
L. Scale che calauano nelli sotterranei destinati per li Dei Inferi.
M. Litostrato concauo, che conduceua l'acque nelle Cloache sotterranee.
N. Cornici, che ricorrono anche in parte attorno il Tempio, e la loro Sagoma Indica, la prima, e pura maniera, senza uestitura di marmi attorno.
O Scaloni, e uolta, che cuopre il Tempio.
P. Vacui disposti per parsimonia della fabrica, e per euaporazioni delli Terremoti
Q. Platea sotto il Tempio molto dilatante
R. Occhio che Illumina il Tempio.
Scala di palmi 100. Romani.
10 20 30 40 50 60 70 80 90 100
Eques Carolus Fontana Delin.
Alex.[ro] Speci Sculp.

CAPVT II.

De Ornatibus ab Agrippa intus Templi Pantheo adiectis.

IN Proftylio ad Fanum, alijſque ornatibus adijciendis, non eas partes Deorum Simulacris inſignes, neque ſuppedanea, cum circumiectis ambulacris, neq; circumflexa Tympano loculamenta conſultò deturbauit Agrippa; vt ab imâ eius contractione ad ſummam graduum ambulationem ſubſtruendis idonea Columnis intercederet altitudo. Quia verò ſublimiores Statuarum Scaphæ penè ad Fani Teſtudinis Incumbam procurrentes, in extollendis eò tenus Columnis è Loculamentorum plano obſtitere, ad tantam enim ſublimitatem prouectę Columnæ eam efflagitaſſent denſitatem, quæ incuruatum Thecarum inane ſpatium, facto etiam anguſtiori Intercolumnio, oculis ademiſſent, humiliorem ideò inſtituit ordinem, vt totius tranſmiſſi ob Hemiſphærio luminis potirentur. Quo circa Loculamentis maiori ſplendore illuſtratis, atque Intercolumnijs ad conſonum Porticus ſpatio laxamentum diuaricatis, ab arcuatæ maioris Cellæ libramento ad graduum Ambulacrum anaglypticos Stylobatas interiecit. His etenim ornatibus tanquam locus Templi nobiliſſimus, marmoribus videlicet eleganter concinnatis, & Paraſtadibus puluinatis fuit inſignitus; adeòut, extam venuſta partium commodulatione, mirifica oculi iucunditate afficiantur.

Verumtamen quia ſpatium ordinē inter, & Fornicis Incumbæ Coronam, omni erat ornatu deſtitutum, hinc commotum credimus Agrippam, vt congruas ordini ſubiecto figuras Columnarum imponeret Scapis, de quibus, Cariatides referentibus, in ſua de Panthei diſſertatione egit Montioſius, eidem Plinio aſſentiente. Demum tametſi totum vndiq; Fanum ſedulò perluſtrauimus, nullum excipiendis Cariatidibus locum per-

CAPITOLO II.

Degli Ornamenti aggionti da Agrippa, dentro il Tempio del Pantheon.

NON diſtruſſe Agrippa ragioneuolmente, ſi nell'aggionta del Portico, come nell'Ornato del Tempio, quelle parti nelle quali, ſi collocauano le Deità, cioè tanto quelli Scaloni, con Ambulazioni ſopra, che circuiuano il Tempio, quanto le Nicchie, poſte intorno al Tamburo di eſſo. Imperoche dal principio del ſuo ſfondo, fino ſopra l'Ambulazione degli Scaloni, concederono queſt'altezza tale, che fù baſtante, e proporzionata per diſponere, ſotto le Colonne dell'accreſciuto Ornamento, li Piedeſtalli. E perche, per la ſomma altezza di quelli Nicchioni aſcendenti quaſi fino all'Impoſta, della Volta del Tempio non puotè Agrippa fare ſpiccare dal Piano di dette Nicchie, fino all'Impoſta ſudetta, le Colonne tutte di vn ordine: atteſoche da altezza sì grande era neceſſitato, per le ſolite Regole, dare alle Colonne groſſezza tale, abile ad impedire non ſolo il Vano delle medeſime Nicchie, ma anco la veduta dell'Edicole, attorno quelle; & auerebbe priuato gl'Intercolonnij del ſolito Vano di due groſſezze delle Colonne, che pratticò eſſo dare nell'erezione di quelle del Portico: diſtribuì l'ordine, come al preſente ſi vede, più inferiore, acciò non impediſſe quel lume tramandato dall'Ochio sferico della Cuppola. Onde le Nicchie ſi reſero più viſibili, e rimaſe per gl'Intercolonnij quello ſpazio non minore di proporzione di quello del Portico, con coſtituire in quell'altezza, cioè dal Piano del Nicchione, all'Ambulazione degli Scaloni, li Piedeſtalli, ornati in quegli sfondi di Baſſi rilieui, nella medeſima maniera di quelli del Portico. Eſſendone il Tempio il luogo più degno, e riguardeuole, meritò anche di eſſere ornato di materia più nobile, cioè di marmi egregiamente diſpoſti colle Colonne ſtriate, differenti da quelle del Portico. Riuſcì tale diſpoſizione all'occhio sì grata, che rendè in tutto vn vaghiſſimo concerto.

Ma perche rimane quella parte di altezza fra l'ordine preſente, e la Cornice dell'Impoſta della Volta, ſenza alcun'ornamēto, credemo che daſſe ad Agrippa motiuo di porui figure all'altezza proporzionata all'ordine di ſotto, ſopra i Viui delle Colonne, rappreſentanti le Cariatidi, riferite dal Monſioſio, nel trattato, che fà di queſto Tempio, con l'autorità di Plinio; Non auendo Noi con l'eſatta perquiſizione, fatta di

tutto quest'Edifizio, trouato vn luogo più proprio, & adattato à queste figure, del Sito preaccennato: non solo per essere ad esso più proporzionato d'ogni altro; ma anche, perche scorgendosi euidentemente quel Zoccolone di marmo molto eleuato sopra la Cornice, rende probabile, che sopra di esso stassero le Cariatidi. Si arguisce dalle parole di Plinio, che nel Pantheon fossero Capitelli di Bronzo Siracusano, e che fossero sostenuti dalle Cariatidi, e tolti dopo, insieme con l'altre robbe di prezzo. Quelle Cariatidi, secondo racconta Vitruuio, sono destinate à sostenere li pesi, perche Caria Città di Morea si vnì con li Persiani contro la Grecia, & auendo i Greci da quelli riportata la vittoria, si mossero contro i Cariati, & vccisi gli Vomini, fecero schiaue le loro Matrone; delle quali gli Architetti di quelli tempi destinarono le Imagini negli Edifizij, per sostenimento de'pesi, per rendere sempre viua al Mondo la memoria dell'ignominiosa pena degli errori de'Cariati.

Parimente sicome quelli Nicchioni del Tempio più antico, senza ornamenti, non aueuano alcuna obligazione di corrispondere ne'Costoloni del Volto; così Agrippa non puotè disporgli Ornamenti aggionti delle Colonne sotto gli istessi Costoloni: quali non cadono con le debite leggi d'Architettura, cioè sopra il viuo delle Colonne, douendo l'vno, e l'altro corrispondere Viuo sopra Viuo, e non variate, come si vedono i loro posamenti, che vengono à cadere parte fra gl'Intercolonnij irregolatamente; onde si scorge, che queste Costole cadessero prima sopra la purità di quei Nicchioni: e che dalla qualità dell'inalzamento di essi, fosse costretto à incorrere in tale difetto nella disposizione dell'Ornato, anche l'Artefice.

Questo però non merita di restare censurato, ma deue stimarsi degno di somma lode in auere saputo accommodarsi al fatto Tempio, e schermirsi da molti oblighi, che dal medesimo gli veniuano imposti, nel fare le sue aggionte. E' dunque da credere, che se il Tempio fosse stato costrutto insieme con gli Ornamenti, con l'istesso valore, che dispose l'Architetto i medesimi, auerebbe similmente disposti li Costoloni con la douuta corrispondenza, sopra li Viui delle Colonne.

Costumauano gli Antichi Romani ornare i loro Tempij di Colonne, con Piedestalli, Architraui, Fregi, e Cornici, come Ornamenti più conuenienti, e decorosi. Perciò disponeuano le Colonne à reggere il Volto, ò Statue; ma non potendo l'Architetto imitare questo stile, con fare oprare l'Ornamento delle Colonne, à reggere il Volto: mentre veniua sostenuto dall'vnita sostruzzione de'Piloni, & Archi sopra le Nicchie, procurò di adattarsi à tale prattica, con collocare le medesime à reggere le Cariatidi, in luogo di Statue. Pareuano queste sostenere il Volto in quella parte vacua del Nicchione; onde segue, che se il legame del Tempio

eminente marmoreo Stylobata aptiorem animaduertimus. Plinius itidem Epistylia ex Ære Syracusano conflata, vti Cariatidum fulcimenta, cum alijs rebus pretiosissimis, è Pantheo erepta commemorauit. Eas Vitruuius enarrat sustinendis oneribus destinatas; quippè Cariam inter Peloponesi Ciuitatem, & Persas fœdere in Greciam percusso, partâ demum insigni victoriâ, Græci deuicere.

Viris itaque passim trucidatis, fœminæ in seruitutem abductæ; quarum effigies suffulciendis ponderibus, ad perpetuam Gentis ignominiam, Architecti supposuere.

Quoniam verò Statuarias Templi vetustioris Thecas omni carentes ornatu, angularia Testudinis decussamenta imitari haud fuit necesse, Columnarum ornamenta incuruatis anfractibus Fornicis nequiuit Agrippa substituere. Siquidem ab Architectonicæ legibus deficientes, haud Columnarum, vt decet, respondent Scapis; ast ab ijs ineptè abscedentes, ad Intercolumnia extremæ pertingunt decussationes. Ex quibus manifestû crediderimus proiectos Arcuum angulos ad Loculamenta primùm sinuatas; verùm ob nimiam eorum celsitudinem, in disponendis Ornatibus, in eum impegisse lapidem Architectum, haud propterea culpandum, at summis potiùs cumulandum encomijs, quod condito iam Fano, tantam in addendis Ornatibus solertiam demonstrarit. Si enim ipse cum Ornatibus simul confabricasset Fanum, procul dubio, quâ hæc, & Fornicem super Columnarum Scapis, eâdem decussauisset sagacitate.

Prisci Templa Columnis, Stylobatibus, Epistylijs, Zophoris, & Coronicibus, tanquam maximè insignibus Ornamentis, Parastadibus fornicem, aut Signa circumferentiæ decorare solebant. Sed cum eam adhibere symmetriam, in substruendis Testudinî Columnis, suppositæ iam aliæ, & superflexi loculamentis Arcus prohiberent; vt quàm maximè liceret, ad eundem collinearetur scopum, Columnis Cariatides, ijsque fornicem insidere sategerunt; adeòut iuxta inanem Scapham Testudinem sustentare viderentur. Quapropter si per confectam iam pridem licuisset structuram: Columnas, interpositis Loculamentis, haud dubiè For-

nici moderando destinassent. Verumtamen etiamsi Artifex Columnas, vti Fornicem sustinentes, Tholi nempe radicibus subexcitatás, vt in eius incurrerent flexuras, exhibere voluisset, tum illi extenuandæ fuerant Parastades, Molesque Templi idcirco, coarctatis etiam Tabernaculorum spatijs, parum tuta euasisset, ac imbecillior. Quamobrem ne in illud incideret discrimen, ita erexit Columnas, vt nullâ Scaporum ordinis habita ratione inania Loculamentorum interualla ijs inniterentur. Nec eos Columnarum Ornatus extra Hemisphęrij Peripheriarum, ac centro viciniores potuit Opifex dispensare; quippe insessuris in eas Cariatibus, & anguſtiorem Fani ambitum, & minùs iucunda spectatu disposuisset Simulacra.

Quæ tandem vti præcaueret, sinuosis Templi vestigijs inhærere maluit, Columnarumque Ornatus in ijsdem Scapharum distribuere laxamentis, Templo ad id iamdudum fabricato concitante. Tunc nempe optata sæpiùs nequit concedi symmetria, varijs vt plurimùm diuerso tempore, Scopis, ab Artificibus institutis. Columnis Ambulacri solo humilioribus ab Agrippa constitutis, vetus ideo Planum demissius patit vsurpasse; nec propterea Columnarum Spiras idem Prostylij libramentum curauit obtinere, quia ille ordo ab humiliore graduum Ambulacro, ad Testudinis Incumbam exurgebat. Nec etiam Spiræ eam Planorum haberent varietatem, nisi in Templo eandem, Prostylioque retinuisset Agrippa; communi alioquin, solitâque adhibita praxi, & Porticus, & Fani Bases in coextensa Planitie condidisset.

Ne verò propter vtriusque lapidum, ac Pauimenti similitudinem, coætaneam quis amborum suspicetur molitionem; quo tempore ab Adriano, Antonino, Seuero, fuit redintegratum, subhiantes eiusdem, & aquis perfusas cauitates, ne damna deinceps infligerent, derelictas animaduertendum, & Superstratum fuisse tantummodò Lithostratum, quod, Templi Columnarum partim duntaxat abditis Plinthidibus, tenui ad Porticum cliuo subrepuisset. Nec ipsum ad Prostylij Solum exscendit, quia mediæ sub Columnis delituissent Spiræ, Templumq; Ambulacro humilius ingratè oculos affecisset.

non fosse stato già fatto, auerebbe l'Architetto disposte le Colonne à reggere realmente il Volto, e fra esse collocate le Nicchie.

Ma quando anche l'Artefice auesse voluto far apparire, che fosse il Volto sostenuto dalle Colonne, con situarle spartite, sotto il Viuo della Cupola, per renderle corrispondenti al Viuo de'Costoloni, sarebbe stato necessario leuare da quei Piloni tanta quantità di muro, per poterui collocare le medesime, che si sarebbe indebolita la Mole del Tempio, e diminuito quello spazio, doue collocò i Tabernacoli, e resa poco sicura. Dunque per non causare vn sì fatto pericolo, gli bisognò porre le medesime Colonne nel proprio Vano de'Nicchioni, senza osseruare la corrispondenza de'Viui.

Non fù tampoco permesso all'Artefice di disporre questi Ornamenti di Colonne fuori del Viuo della Cuppola, verso il centro; perche douendo sopra esse stare erette le Cariatidi, auerebbe tale disposizione ristretta quell'aria del Tempio, e confusa la vista di quei Simulacri, dentro quelle Nicchie. Per non incorrere in simili difetti, gli fù necessario di non partire dalla circonferenza antica del Tempio, e disporre gli Ornati delle Colonne nel Vano di quelle Nicchie: così costretto dall' auere trouato il Tempio eretto. In quei casi non possono darsi à gli Edifizij belle disposizioni, per il fine diuerso, che ebbero gli Artefici, che fabricarono le prime parti, da quello degli altri, che aggionsero, & ornarono dopo le medesime.

Per auer Agrippa situato le Basi delle Colonne del Tempio più basse circa palmi vno, e mezzo di quelle del Piano del Portico, fà inferire, che si seruisse per tale situazione del Piano antico, con lasciarlo scoperto, & intatto. Et egli non considerò di disporre le Basi delle Colonne del Tempio al medesimo liuello dell'altre del Portico; mentre quell' ordine originaua da quella più bassa ambulazione degli Scaloni fino all'Imposta della Volta: e così furono disposte per le accennate ragioni. Non si darebbe questa variazione di Piani di esse Basi, mentre il Tempio non fosse stato trouato fatto da Agrippa nell'erezione degli Ornamenti di esse, come del Portico; perche aurebbe osseruata quella prattica commune di far corrispondere il Pauimento, e Basi del Portico à quelle del Tempio.

Et acciò dalla qualità delle pietre, e disposizioni del Pauimento presente, simili à quelle del Tempio, non inferiscano gli Vomini essere stato quell'istesso fatto dalla Potenza della Republica insieme coll'Edifizio del Tempio, è da riflettere, che sicome in quel tempo, che da Adriano, da Antonino, e da Seuero fù restaurato il Tempio, i fondi di questo trouauansi impratticabili per le sommersioni dell'Acque, così anche è da credere, che per liberarlo dalle medesime, e non renderlo più soggetto à tali accidenti, risoluessero di abbandonare quegli Sfondi lasciati illesi da Agrippa, e destinare il Lito-

strato, che nascondesse solamente parte del Plinto delle Colonne del Tempio, e terminasse verso il Portico con vn tenue decliuio. Non fù alzato il medesimo fino al Piano del Portico, perchè si sarebbe coperta la metà delle Basi, sotto le Colonne; e si sarebbe causata all'occhio vna brutta comparsa nel vedere il Tempio più basso del Portico, con vn rigoroso Scalino; Perciò si seruirono di vn tale ripiego. Mentre dunque il Plinto non resta totalmente coperto, & il Tempio non è al Piano del Portico; non è dubio essere stato inalzato quel Pauimento dopo ornato il Tempio da Agrippa. Perche per schiuare quest'errore di sì poca altezza, che corre di più dalle Basi del Portico à quelle del Tempio, auerebbe egli disposte le Basi corrispondenti, e tutte à vn liuello.

Dall'eleuazione di questo Pauimento non è insorto che quei Tabernacoli ornati di Colonne di Porfido, e situati per ricetto de' Simulacri, fra vna Nicchia, e l'altra, quali per la maggiore bassezza del fondo antico erano sostenuti da Soggesti, ò vero Mensole, abbino in oggi visibili suoi Piedestalli: sopra de' quali posano su'l rialzato Pauimento, con migliore proporzione, e contorno, ridotti in Altari, oue da' Sacerdoti continuamente si celebra, secondo il Rito della Santa Romana Chiesa. Corroborano ciò le parole di Dione, che dice, che Agrippa ornò la Città à sue spese, edificò il Tempio di Nettuno, & in parte fabricò il Focolaro Laconico, e compì il Tempio del Pantheon. Siche non tutto da' Fondamenti fù questo Tempio fatto da Agrippa, ma solo lo compì, con gli Ornamenti, e Portico aggionto, come si è detto.

Non omnino igitur latitante Plintho, nec Fano ad Ambulationis Planum pertinente, proculdubio, post idem iam ab Agrippa exornatum, superiectum posthàc fuit Pauimentum. Enim verò vt eam libramenti inter Porticus, & Fani Spiras subterfugisset inæqualitatem, eas æquabili Solo imposuisset.

Tametsi hoc iam cum alijs æqualiter prominеat Pauimentum, haud tamen Tabernacula Columnis Porphyreticis decora, & inter Scaphas, excipiendis Simulacris, intercepta, & propter maiorem eorum humilitatem Suggestis incùmbentia, Stylobatas proferunt conspicandos, quibus, elato subter Pauimento, insistunt elegantiùs, iamque in Aras nobiliùs efformatis, super ijs Christianorum Sacra celebrantur.

Dionis hæc verbis comprobantur, asserentis Agrippam suis Vrbem illustrasse impensis, ab eo dicatum Neptuno Delubrum, Laconicum Focolare, Pantheonque ab eodem promotum. Non ideo totum à fundamentis, at partim solùm, varijs Ornatibus, & Prostylio adiunctis, compleuit.

Ichnographiæ, Pantheique Proſpectus, ideſt pars minus obſcura eius primum ſtatum denotans in Capitulo præterito deſcriptum; aliaque magis obſcura Ornatum ab Agrippa auctum indicat.

INDEX.

A Gradus è Ciuitatis Planitie, vt illo tempore erat, Porticum in altitudine exterioris ipſius Stylobatæ aſcendentes.

B Porticus trium Alarum à dicto Agrippa adiectas, cum ſexdecim Columnis Marmoris Numidici diſtantibus circa 2. diametros, vel ipſarum craſſitudines, dictæ à Vitruuio Siſtylos.

C Loculamenta in Proſpectu Alarum minorum.

D Paruulæ Scalæ ipſis proximæ, olim, & nunc dicti Templi vſui.

E Templi Ingreſſus, Marmoreæ Ianuæ ab Agrippa factæ ornatus.

F Vndique Loculamenta Templum componentes, in eius prima erectione cum ſuis Ædiculis ſubſtructa.

G Columnarum Ornamentum, & Contrapilæ auctæ Corinthij ordinis, & in circumferentia interiori ipſius ab Agrippa Templi poſitæ.

H Correlatiua Tabernacula ob Inferorum collocationem Deorum.

I Ingentes Scalæ in ſua prima Templi origine deſcendentes vacua ſubterranea loca.

K Loculamentum in ingreſſus Fronte, vbi Iouis Signum manebat.

L Vacua loca relicta in muri craſſitudine, Templum, propter Impenſæ parſimoniam, circumdantis.

M Coronarum Zonæ vndique Templum complectentes illius infimi Reipublicæ tempore modi.

N Porticus adiectę ab Agrippa diſparis ijſdem eleuatio.

O Tympanum antè Porticus erectionem ſupra ipſas Zonas.

P Magnæ Scalæ in Templi cuſpide ſuprà frontis dorſum, extrà Oculi planitiem Templum dilucidantis, Reipublicæ tempore coſtructi, aſcendentes.

Sciographia cum amplificatione Ornatuum Agrippæ.

I N D E X.

1 Antiqua, vt suprà, Platea.
2 Cloaca, vt suprà, aquam recipiens.
3 Ingentes Scalæ cum apertionibus propter Numina Infera.
4 Stylobatæ in dicto Templo subter Columnas crediti.
5 Columnæ Corinthiæ Sriatæ, ab Agrippa in Porticu adiectæ.
6 Tabernacula inter Deorum Loculamenta.
7 Post Columnas cum suis Ædiculis Loculamentorum Vacua.
8 Secundus ordo sub Fornicis aspectu, in quo Æneæ Cariatides permanebant, alia ostendit medietas vt præsenti persistunt tempore.
9 Dicti Fornicis positio cum Capsulis in quinque ordinibus distributis ornati in eius elatione.
10 Primæ Costulę ingentes dictas inter Capsulas Scapo post Agrippam adiecto minimè vnisonæ.
11 Porticus ab Agrippa extructus magis elatus.
12 Frontispitium in Porticus Prospectu antiquiori discordans.
13 Fornix præfatum operiens Templum, & antiquum Hemisphærium constructionis, ab Agrippa Marmoratis ornatum.
14 Exterius Porticus latus, Stylobatas indicans, sub, interque Columnas, in quibus Anni Tempestates, Prouinciæque à Populo Romano captæ, sculptæ erant.
15 Non proprius Cariatidum situs, à nonnullis Scriptoribus talis existimatus.
16 Stylobatæ sub dictis Columnis.
17 Scalæ, Agrippæ Porticum ascendentes.
18 Dictæ Porticus Alarum positio, vbi Æneæ Trabes Tecta sustinentes impositi erant.

Panthei Sciographia vt in primo Ædificio.

I N D E X.

A Platea, præfati Templi Basis, in Capreæ Palude probabiliter substructa.
B In eadem Cloaca, aquam ab apertione adductam, & intus ad Templum ex vndarum incremento, exhorbens.
C Gradus cum apertionibus, locisque subterraneis ob Deos Inferos.
D Prima Lithostrata rusticæ, solidæque materiæ nunc Sepulchrorum fundum.
E Rotunda Loculamenta, & varijsque Ædicularum ordinibus quadrata, intus Deorum vulgus permanebat.
F Portæ, Templique ingressus.
G Primi Templi gradus.
H Fornicis positiones, quarum Costulæ vnisonæ ad Loculamentorum Vacuum, antè Agrippæ adiectum Ornatuũ, respondebant.
I Templi Hemisphærium.
K Exteriores in Fornicis dorso gradus.

INDICE DELLA PIANTA E PROSPETTO DEL PANTEON, CIOÈ LA PARTE MEN SCVRA DENOTA IL SVO PRIMIERO ANTECEDENTEMENTE DESCRITTO, E L'ALTRA PIV OSCVRA DENOTA L'ORNATO ACCRESCIVTO DA AGRIPPA.
Scala di palmi 100 Romani.
10 20 30 40 50 60 70 80 90 100
A Gradini che dal piano della Città di quel tempo saliuano al Portico nell'altezza delli Stilobati esteriori di esso.
B. Portico à tre Nauate aggionto da detto Agrippa con nº 16. Colonne di granito distanti l'una dall' altra circa li due diametri, ò grossezze di esse chiamate da Vitruuio Sistilos.
C. Nicchie, che fanno testa alle Nauate minori del Portico.
D. Picciole Scale immediate ad esse, che seruiuano, e seruono per uso di detto Tempio.
E. Ingresso del Tempio ornato della Porta di marmo fatta da Agrippa.
F. Nicchioni attorno, che compongono il Tempio sostrutti nella sua prima erezione cō le sue Edicole
G. Ornamento di Colonne, e Contrapilastri d'Ordine Corintio accresciuti, e riportati da Agrippa nella circonferenza interna di esso Tempio.
H. Tabernacoli correlatiui all'ordine di esso per collocazione di quelle false Deità
I. Scaloni eretti nel suo primo origine del Tempio, quali scendeuano nei Vacui sotterranei per le collocazioni delli Dei Inferi
K. Nicchia in faccia all'ingresso, doue risiedeua la Statua di Gioue.
L. Vacui lasciati nella grossezza del muro, che circuisce il Tempio per parsimonia della spesa
M. Cinte ò fascie di Cornici, che ricorrono attorno al Tempio di quella bassa maniera in tempo della Republica.
N. Eleuazione del Portico aggionto da Agrippa non concorrente alle medesime
O. Frontespizio sopra ad esse fascie auanti l'erezione del Portico.
P. Scaloni in cima al Tempio sopra il dorso del Volto, che esteriormente sagliono al pian dell'occhio, che illumina il Tempio fatto in tempo della Republica.
Eques Carolus Fontana Delin.
Alex. Spec. Sculp.

PROFILO CON L'AGGIONTA DELLI ORNATI FATTI DA AGRIPPA.

1. Platea antica, come sopra. N.º 2. Cloaca che assorbiua l'acqua come sopra. N.º 3. Scaloni con bocche per le Deità Infernali. N.º 4. Stibolati che si Credono sotto le Colonne dentro detto Tempio. N.º 5. Colonne Scannellate Corintie riportate da Agrippa quasi à liuello del Portico aggionto. N.º 6. Tabernacoli fra li nicchioni per li Dei. N.º 7. Vani delle Nicchie dietro le Colonne con le sue Edicole N.º 8. Secondo Ordine sotto l'imposta della Volta, doue risiedeuano le Cariatidi di bronzo, l'altra metà dimostra come stà di Presente. N.º 9. Imposta della detta Volta ornata con Cassettoni à cinque giri nella sua eleuazione. N.º 10. Costoloni Primieri fra detti Cassettoni, che non corrispondono al uiuo delle Colonne accresciute doppo da Agrippa.

11. Portico più solleuato fatto da Agrippa. N.º 12. Frontespizio nel prospetto del Portico non correlatiuo all' altro più antico. N.º 13. Volta, che cuopre il d.º Tempio, et occhio non innouato nell' ossatura, mà da Agrippa abbellito di stucchi.

14. fianco esteriore del Portico, che indica li Stilobati, et alueolati sotto, fra le Colonne, nelle quali erano scolpite le Prouincie acquistate da Romani, è Stagioni dell' anno.

15. Situatione impropria delle Cariatidi pretesi d'alcuni Scrittori.

16. Stilobati, cioè Piedestalli, sotto dette Colonne con l'Alueolati fra li detti.

17. Scale, che saliuano al Portico fatto da Agrippa.

18. Imposte delle Nauate del detto Portico, doue stauano li Traui fodrati di metallo che sosteneuano li Tetti.

PROFILO DEL PANTEON SECONDO LA PRIMA EDIFICATIONE.

A. Platea douè posa il detto Tempio sostrutta probabilmente nella Pallude Caprea

B. Cloaca nella medesima, che assorbiua l'acqua introdotta dall' occhio, e dalle crescenze dentro il Tempio.

C. Scaloni con bocche, e sotterranei per le collocazioni delle Deità Infernali

D. Litostrato primiero di materia rozza che di presente serue per fondo alle Sepolture.

E. Nicchioni tondi, e quadri con uarij ordini di Edicole, dentro le quali risiedeuano diuerse qualità di Dei.

F. Porta, et ingresso del Tempio.

G. Scalinata primiera del Tempio.

H. Imposte della Volta, le costole delle quali corrispondeuano uniformemente al uano delle nicchie auanti l'accrescimento degl' ornati d'Agrippa.

I. Occhio che illumina il Tempio.

K. Scaloni esteriori nel dorso della Volta.

Eques Carolus Fontana Delin. — *Alex.ʳ Specc.ⁱ Sculp.*

CAPVT III.

De adiecto ad Pantheon Prostylio.

SI à Reipublicæ Romanæ primordijs ad Augusti Imperium solidiora Vrbis exploremus vestigia, quæ Ædium ab Imperatoribus disiectarum subaggestis prominebant ruderibus, tum etiam prouectiore Fluminis alueo, humilius Panthei Solum sæpe aquarũ eluuiones passum animaduertemus. Exin itidem arguendum Fanum hoc haud totum ab Agrippa constructum; at eodem iam humiliori Plano insidente, cum loco demissiore Prostylium erigere nequiuisset, magis illud sustulisse secundùm priscam Romanorum consuetudinem; qui cum Fana, tum Ambulacra humo æquabiliter subextensa moliebantur; quod & Vitruuius, & quæ hactenus perstitere Moles, demonstrant: vti scilicet Victimas pro sacris Ædibus Dijs manibus immolandas faciliùs Populi conspicarentur. Quia verò Vrbis situs Fani Solo aliquantùm attollebatur procerior, Ambulationis planitiem paululùm euexit Agrippa; quò Vitruuius canonibus insidens, sub Corinthijs Columnis vtrinq; Porticum amplexantibus; Stylobatis substructis, idoneam eidem, & Frontis gradibus, ad Spirarum Plinthides scansilibus, altitudinem dispensaret.

Prætereà ex maiori eminentioris Porticus proceritate, à Veteribus in sacris Ædibus fabricandis, quàm accuratissimè eliminatâ, atque ex eiusdem ordinis supra interiorem assurgentis magnificentiâ, haud æqualiter vtrumque censemus exaltatum; quòd substructum iam Fanum, tum etiam anteà elaboratæ, atque ad aliam destinatæ Molem, è Græcia Romam transuectæ Columnæ, ad ineptam situs varietatem assumendam, adegere. Sin vnus totum Ædificium suscepisset Architectus, idemque promouisset Princeps, venustiorem vtique Fa-

num,

CAPITOLO III.

Del Portico aggionto al Tempio del Pantheon.

COminciandosi dal tempo della Republica, sino all'Imperio di Augusto, à perdere quelle vestigia verginali della Città, à cagione delle materie, che nella medesima restauano, per le rouine delle fabriche, che gl' istessi Imperatori demoliuano per ergerne dell'altre, venne da esse atterrato, e solleuato il letto del Fiume. Onde si rese il Pantheon facilmente soggetto alle sommersioni, per essere rimasto nel basso. Da queste cose si deduce, che quel Tempio non fosse intieramente edificato da Agrippa; ma che trouando egli il Piano del Tempio già fatto; e non potendo in quella bassezza fare il Piano del Portico, fosse necessitato à solleuarlo, e dargli quell'eminenza, secondo il costume degli Antichi Romani. Questi per rendere magnifici, e di maggiore stima quelli loro Edificij Templari, solleuauano i Piani de'Portici al pari di quei de Tempij; come Vitruuio l'insegna, e similmente si scorge dalle reliquie di altri; acciò quell'eleuazione rendesse à gli spettatori più libera la vista de'Sacrificij delle Vittime: che faceuansi à quelle superstiziose Deità nell'aspetto di essi Tempij.

E perche il Piano della Città era alquanto più solleuato del Piano del Tempio antico, conuenne ad Agrippa alzare il Piano del Portico, per disporre in quell'altezza, conforme richiedeuano i precetti di Vitruuio, e costituire gli Stilobati sotto le Colonne Corinthie, a' lati esterni del Portico, comunemente chiamati Piedestalli. Con tale distribuzione diede l'eleuazione al medesimo, & anche a'gradini nella fronte, che s'inalzauano sino al posamento de' Plinti delle Basi.

In oltre dalla magnificenza dell'ordine del Portico, l' eminenza del quale si solleua assai più dell'ordine interno, quale variazione di altezza venne per lo più sfuggita da gli Antichi nelle loro edificazioni Templari, si deduce, che venisse impedito ad Agrippa di comporre l'ordine esterno dell'istessa altezza, di quello interno; ma che fosse costretto à dargli maggiore altezza, come presentemente apparisce, per due cagioni. La prima per auere trouato il Tempio già eretto; e l'altra, perche le Colonne erano, come si crede, già fatte per altro Edifizio, condotte dalla Grecia in Roma. Onde fù obligato ad ergere il Portico meno concorrente alle parti

del

del già fatto Tempio. Che se di tutto quest' Edifizio ne fosse stato l'Autore vn solo Artefice, ò Principe, sarebbero rimasti, sì il Tempio, come il Portico, fra di loro più corrispondenti, e proporzionati.

Con l'occasione che misurassimo la grossezza delle Colonne del Portico, rispetto alla loro eleuazione maggiore dell'ordine del Tempio: trouassimo essere gl'Intercolonnij di due grossezze di esse, qual proporzione vien chiamata da Vitruuio *Sistylos*. Riconoschiamo ancora, che con il proietto della Base, nel cadere del Viuo allo Stilobato, ò vero Piedestallo, conteneuano nel proprio riquadro sufficiente spazio per quei Bassi rilieui, quali erano collocati ne'Piedestalli: anche in quello sfondo, fra vn Piedestallo, e l'altro, chiamato dall'istesso Autore *Alueolato*. Auendo poi riconosciuto essere il Marmo di quei Bassirilieui della medesima qualità delle Basi, ci fà credere, che fossero i medesimi stati fatti da Agrippa, insieme col Portico. Trouatisi dunque due di questi Bassi rilieui nel dissotterrare di questo Tempio, che fece fare Alessandro VII. amatore delle magnificenze, nel fianco del Portico, verso Ponente, dal sito, in cui si trouarono, tenghiamo che fossero questi ne'Parapetti delle Scale del Tempio; e che nel continuare de'fianchi del Portico, non tanto, come si disse, i Piedestalli chiamati da Vitruuio *Stilobati*, quanto quegli sfondi fra vn Piedestallo, e l'altro, fossero ornati di simili figure. Significauano queste, al Nostro credere le Prouincie Romane; perche da Plinio si hà, che Diogene Ateniese ornasse il Pantheon di Agrippa con Statue di Donne, nelle Colonne del suo Tempio, douendosi intendere, che dette figure, come feminili, rappresentassero le Prouincie soggiogate da'Romani; e che per supplire alla mancanza vi aggiungessero quelle delle Stagioni, in ornare il restante degli Stilobati, ne'fianchi del Portico, fossero queste situate anche negli sfondi degli Stilobati, e fra gli Alueolati, cioè fra le Colonne, tanto del Portico, come del Tempio. Sono questi Bassi rilieui stati da alcuni Antiquarij creduti per le Cariatidi, delle quali à suo luogo si discorrerà. Ma dall'eleuazione del Portico si riconosce impropria questa loro opinione; mentre douerebbero le medesime essere state dell'istessa altezza delle Colonne, e di forma diuersa da quella, che hanno le due trouate, e da Noi collocate, come si vedono al presente, nel repiano della Scala maestra del Palazzo dell'Eminentissimo Signor Cardinal Chigi, à Santi Apostoli; per auerci la sorte destinato Architetto di sì segnalato Principe. Altre di queste, secondo insegna il Nardini, sono nel Cortile inferiore del Palazzo Farnesiano, verso Strada Giulia, e per tali da Noi riconosciute. Deuesi di più considerare, che dicendo Plinio, che fossero trà vna Colonna, e l'altra, le predette Statue, non deue credersi, che stassero in quegli Interualli, chiamati Intercolonnij,

Lib. 6. cap. 4.

num, Prostyliumque obtinuissent partium commodulationem.

Ambulacri Columnarum explorata densitate, Templarium exuperante crassitiem, duplam Intercolumnia sibi comperimus vẽdicare, Sistylos, à Vitruuio denominatam. Atque cum Basis à Scapo ad Stylobatam extuberatione, anaglypticis Pedistyliorum operibus, necnon eorum interposita contractione, quam idem Auctor Alueolatam nuncupauit, abundè spatij cognouimus suppetiuisse. Cum verò hæc opera modicè extuberantia, ex eodem, quo Spiræ, conflata marmore Nobis innotuerit, Agrippam simul ea cum Ambulacro construxisse arbitramur. Cum denique nonnulla ex ijsdem leuiter proiectis cœlaminibus in Templi, Alexandri VII. iussu, rerum magnificarum perstudiosi, effodienda tellure, in Prostylij latere, ad Occasum prodierint; locus è quo emerfere, è Scalarum olim Delubri Podijs eadem excidisse demonstrat. Nec tam in Prostylij lateribus Stylobatas, quam interceptas ab ijsdem Alueolatas distantias, talibus cœlaturis, Romanorum Prouincias exhibentibus, insignitas autumauimus. Quam quidem Plinius comprobat sententiam, vbi Diogenem Athenienfem, Agrippæ Pantheon decorasse fœminilibus tradit Simulacris; quæ subactas à Romanis innuerent Regiones. Tum etiam deficientibus tempestatum figuris, ad residuos Ambulacri, laterum Stylobatas exornandos, illas Alueolatis eorundem spatij, seù in Prostylij, Fanique Intercolumnijs collocatas minimè ambigendum.

Anaglyptica hæc Marmora nonnulli Cariatides, de quibus infra, absurdè tamen credidere, quippe eandem, quam Columnæ, porrectionem, variamque ab repertis speciem, à Nobis in Eminentissimi Cardinalis Chisij Palatij scalæ maioris retractione constitutis, impetrarent. Earum alias Nardinus, cui assentiamur, in Ædis Farnesiorum, Viæ Iuliæ adiacentis, areâ testatur collocatas. Animaduertendum insuper, cum Plinius inter Columnas hæc interposita memorat Simulacra, haud interualla, quæ vulgò appellamus Intercolumnia, ad Columnarum radices, intellexisse, quodibidem affecissent ambulaturis, at interiectis inter

Lib. 6. cap. 4.

Colum-

Columnas Stylobatis insedisse.

Quanti præ cæteris hanc Ædem fecerit Agrippa, ex eo planè constat, quod Prostylium voluerit trabibus duplo densioribus, Ære Corinthio circumfusis, atque similibus operire assamentis: quæ Constantium, vel Constantinum III. exportasse asserit Nardinus. Quinimmo cum Ædificij pars ignobilior, fastigium videlicet, Tectumue, Ære solido coruscaret, nobiliores ambulationum Testudines, multò magis spectantibus conspicuas, eodem Metallo resplenduisse, meritò quidem suspicamur. Quod Coronicis intus Epistylio innixæ declarant Incumbæ. Plinius itidem exiliter erumpentibus Scalpturis, ante susceptam ab Antonino instaurationem igne, vt opinor absumptis, prodit insignitam. Prostylium denique multò magnificentiùs Templo locupletatum, isto antiquius esse videtur indigitare.

Lib. 6. cap. 4.

Eam opinionem, situum vtriusque confirmat varietas, cum orbiculares Fani, Prostylijque Coronices è diuersa materie, illius nimirum è Tiburtino, istius è lapide marmorea efformatæ, nec etiam inuicem coirent. Enimuerò si Fanum condidisset Agrippa, non id minori quàm Porticum munificentiâ illustrasset; assillo iam extructo, de nobilitanda duntaxat Ambulatione cogitauit, in vtroque Loculamento, teste Dione, impositis duobus Augusti, & Agrippæ Simulacris.

Lib. 36.

Præterea Fanum, priùs ambulacro ædificatum dubitandum nemini, quòd Prostylij extima Coronix ad Crescentias Ædes obuersa, ad circumductam Templi Peripheriam accedens, haud parietis ineat Scapum, etsi Vitruuianis ab æuo præceptis inhæserint Architecti, in saxis aptè muro committendis: quò Ædificia euadant validiora. Ea parte scilicet parietem subeunte, Arcuum iàm pridem effictorum, & Ædis Tympani crassitiem occupantium, circumminuere incumbam debuissent. Quod vt præcaueret Opifex, haud emergentem è muro admouit Coronam, in quem aliquantùm, ad elegantiorem immergeretur compagem, circumque Delubrum, intus ad idem libramentum sinuantur.

Abundè hactenus putemus edisseruisse, ad

nij, nel nascimento delle Colonne; perche auerebbero impedita l'ambulazione, & il passaggio proprio da farsi in quelle parti: ma bensì ne'Piedestalli, fra vna Colonna, e l'altra.

Mostrò Agrippa il merito, e stima, che faceua di questo Tempio, più che d'ogni altro, in auere ricoperto il suo Portico con Trauate doppie, foderate del più perfetto Metallo Corinthio, con suoi Teuoloni sopra dell'istesso. Questi poi furono rapiti da Costanzio, ò secondo altri Costantino III. come attesta il Nardini; e si crede che in quell'Ambulazioni fossero i Volti à tuttto Sesto parimente di Metallo. Mentre essendo quella parte inferiore del Tetto di Metallo, sarebbero stati di questo coperti ancora li Volti, come parte più nobile, e più esposta alla vista dell'occhio. Viene questo medesimamente indicato dall'istesse Imposte sopra la Cornice architrauata interna: scorgendosi il Posamento sopra l'intacca presente del muro, arcuata di tutto Sesto.

Lib. 6. cap. 4.

Similmente, al riferire di Plinio, fù nel Frontispizio di esso vn Ornato di Bassi rilieui, che crediamo consumato dall'incendio, auanti la restaurazione di Antonino; e si verifica sempre più, che sicome fù nobilitato di sì superbi Ornamenti il Portico, e non il Tempio, così fosse quello dopo di questo edificato.

L'istesso si deduce dalla variazione de'Piani, tanto dell'vno, come dell'altro; mentre le Cornici circolari del Tempio non corrispondono à quelle del Portico, tanto ne'Piani soliti da ricorrere, quanto nelle proprie materie. Perche quelle del Tempio sono di Trauertino ordinario, e l'altre del Portico di Marmo nobile. Pare indubitato, che se anche il Tempio fosse stato edificato da Agrippa, non sarebbe stato da esso ornato con minore splendidezza, del Portico. Ma per lasciarlo in tutta quella parte più antico attese solo à rendere più magnifico il Portico; ponendoui in quelle Nichie le Statue, vna di Augusto, e l'altra del medesimo Agrippa, come attesta Dione.

Lib. 36.

Ci pare finalmente, che resti escluso ogni dubio, che questo Tempio sia stato edificato prima del Portico: mentre patentemente si vede, che la Cornice del Portico esterno, verso Casa Crescenzi, nell'accostarsi alla parte circolare del Tempio, non entra dentro il viuo del muro. Perche è regola commune, & osseruata inuiolabilmente in ogni Secolo dalla Scola di Vitruuio, e pratticata anche da'Moderni, di fare le douute legature de'sassi col muro, per rendere le Fabriche più durabili; atteso che entrando la sopradetta parte nel muro, auerebbe necessitato stincare l'Imposta degli Arconi circolari già fatti, che sono nella grossezza del Tamburo del Tempio. Ma per lasciarlo illeso, & intatto, accostò l'Architetto la Cornice tagliata à filo del Muro, nel quale sarebbe entrata la medesima, con fare la debita collegazione, se il Tempio fosse stato eretto da Agrippa: e ricorrerebbe cir-

Per dare dunque distinta notizia di qualunque particolarità di questo Tempio, non abbiamo tralasciato d'inuestigare tutte le misure, come lo dimostrano le Piante, e Profili dell'vno, e dell'altro stato del medesimo, e circa anche alla quantità del Sito, che occupa. Diciamo dunque, che misurato da Noi il Vano del Tempio per il diametro, si troua nel Viuo del Muro circolare palmi 194. e calcolata quella superficie interna, ascende à canne 301. palmi 9. includendoui la grossezza de' Muri, che formano il Tamburo, con il quale la circondano per linea diametrale, viene ad essere longo palmi 250. e compresa l'aria, con quello spazio, che occupano i Muri, arriua à canne 500. quadrate di superficie. Aggiontoui poi il Sito occupato dal Portico, e delle sue Scale, restano in tutto, fra l'Aria, Muri, e Portico, canne quadrate Romane 688. palmi 8. in circa.

Quo Fani partes singulæ clariùs innotescant, earum Ichnographicas, ac Geometricas delineationes, modulos, Situmque præsens exhibet Schematismus. Maximum igitur circumambientis Muri laxamentum centum & nonaginta quatuor palmos, putata verò area interior exapedas vnam, & trecentas, præter palmos nouem assequitur. Compræhensâ vtique parietum densitate, Tympano circumactorum, ducentorum & quinquaginta palmorum intercedit longitudo. Atque si ad occupatum à Muris interuallum inane adijciatur, exapedas superficijs quingentas obtinebit: Ambulacri Situ, & suppedaneorum adhibito, Laxamentum, Parietes, & Prostylium exapedas supra octoginta octo, sexcentas, & octogenas circiter palmos continebunt.

CAPITOLO V.

Di alcuni Tempij famosi nell'Asia, inferiori al Tempio Vaticano.

Acciòche le lodi da darsi al nuouo Tempio Vaticano non sembrino attribuite per esagerazione, esporremo le particolarità più notabili de' più antichi, non sapendo di questi quale sia il primo.

Laer. lib. 1. Secondo Platone, e Laerzio si hà, che l'origine di queste Fabriche Templari venisse da Epimenide Cretense; frà le quali saranno susseguentemente dimostrate quelle di maggior stima, auanti li Romani; e riferisce Erodoto, che quello di Samo fosse vna delle sette merauiglie del Mondo.

Lib. 5. fol. 360. Pausania estolle sommamente quello di Gioue Olimpio, vicino à gl'Elij, per essere ornato internamente di smisurate Colonne, e longo piedi 230. largo piedi 95. & alto piedi 68.

Lib. 36. cap. 6. Plinio porta, che il Tempio di Gioue Olimpio in Atene fosse il primo ad essere ornato con Colonne di Marmo mischio, e che Silla trasportasse le medesime in Roma per fabricare il Tempio Capitolino dedicato a Gioue. *Nel Proemio del Lib. 7.* Vitruuio scriue, che fosse fatto da quattro Architetti per le fondamentazioni, e che fù doppo il corso di 220. anni finito da Antioco Rè, con tale distribuzione, e magisterio, che rendeuasi molto magnifico, e ben simetriato.

Lib. 30. cap. 15. Il medesimo Plinio palesa, che il Tempio di

CAPVT V.

De nonnullis celeberrimis Asiæ Templis Vaticano posthabendis.

Ne Vaticanum præ cœteris Fanum immeritò extolli videatur, Vetustissima proferentur antiquorum temporum Delubra.

Laer. lib. 1. Siquidem Plato, & Laertius primùm ea auspicatum Cretensem ferunt Epimenidem. Cum verò maximè insignia ante Romam conditam prædicentur, tum profectò Samium velut inter septem Orbis mirabilia celebrauit.

Lib. 5. fol. 360. Pausanias miris illustrauit encomijs Iouis Olympij Ædem, Ælijs finitimam; ingentibus nempe insignitam Columnis, & ducentos triginta in longitudinem, in latitudinem nonaginta quinque, & sexaginta octo in altitudinem pedes obtinuisse declarauit.

Lib. 36. cap. 6. Plinius Iouis Olympij Fanum ait Athenis extructum, primùm Columnis ex variegato Marmore decoratum: Syllamque eas Romam, cohonestando Iouis Capitolini Delubro, transmisisse. *In Præfat. Lib. 7.* Vitruuius Archîtectos quatuor, Philostrati sumptibus enarrat substruxisse fundamenta, & ducentis post

